HENRICI MIDDELDORPF

HAMBVRGENSIS

COMMENTATIO

DE

INSTITVTIS LITERARIIS IN HISPANIA

QVAE

ARABES AVCTORES HABVERVNT.



IN CERTAMINE LITERARIO

CIVIVM

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

DIE XV. NOVEMBR. CIƆIƆCCCX.

AB ILLVSTRI PHILOSOPHORVM ORDINE

PRAEMIO ORNATA.

Migrant scientiae non secus ac populi.

Baco de dignit. et augm. scient. II, 4.

GOETTINGAE

TYPIS HENRICI DIETERICH.

PROOEMIVM.

Illuſtris Philoſophorum Ordo iuſſerat, huius anni certamen literarium ingreſſuros inquirere in inſtituta literaria in Hiſpania, quae Arabes auctores habuerunt. Equidem, nolui praetermittere vires experiendi occaſionem, ac fortaſſis nimia fuit audacia qua me ad illam quaeſtionem, ſi fieri poſſet, ſoluendam, accinxi. Senſum quaeſtionis ita accepi, vt argumentum mere hiſtorico-literarium interpretarer, vt colligerem ſumma diligentia notitias de ſingulis inſtitutis Arabum in Hiſpania, quibus res literarum bonarum fructus capere potuerit. Nil ex coniectura addere apud me conſtitui, nullam lacunam philoſophando ſupplere. Auctorum locos, hac de re agentes colligendos, ordinandos, diſponendos duxi, non mea placita afferenda.

Ita operam aggreſſus eheu! laborem arduum neque vna tantum difficultate obſtructum non praeuideram. Deerant fontes, ſiue potius occluſi erant ſtudiis noſtris, latentes in bibliothecis Pariſienſibus, Eſcurialenſibus et Vindobonenſibus. De auctoribus nempe Arabicis hic ſermo eſt, quorum alii, qui in Hiſpania aut in Mauritania ſcripſerunt, aut interierunt ira et ſtudio Chriſtianorum, vt Ximenis illius, qui ferro et igne Muhamedanos ad Chriſtianam religionem adegit, atque conſultius cenſebat, vi vti, quam inueteratam conſuetudinem paullatim abolere; alii latent in bibliothecis ſupra memoratis, hactenus ſaltem, quod Orientalium literarum cultores, cum res ciuiles Arabum ex ipſis ſcriptoribus populi tractarent, illius rem literariam plane fere neglexerunt. Scriptores Arabici ex Aſia oriundi vix his de rebus aliquid attulerunt, quippe quae memoria non ſatis digna illis viderentur, aut plane non innotuerint. Chriſtiani autem illorum Arabum coaeui, nil de inſtitutis literariis eorum referunt, quippe quorum cultum, et ſimul ſtudia, odio perſequerentur. Quam ob rem fruſtra perluſtrauimus chronicorum ſcriptores, fruſtra hiſtoriarum Hiſpanicarum auctores, fruſtra plerumque Arabes auctores et Syros, quos typis expreſſos habemus, fruſtra bibliothecarum orientalium haud exiguum numerum, ita vt ſaepius *Caſiri* ſolus fuerit, quem ſequeremur. Quae reperi, diligentiſſime in rem meam conuerti.

 Haec

Haec fcripferam in Academia Georgia Augufta. Iam commentatione mea ab Illuftri Philofophorum Ordine praemio ornata, iuffu eius operarum manibus typis exprimendum opufculum qualecunque, multis, quae fuperflua videbantur, refectis, quantum fieri potuit perpolitum, correctum, emendatum atque auctum, trado. Ea quae addidi pleraque debeo infigni humanitati illuftriffimi excellentiffimique *de Diez* Auguftiffimi Boruflorum regis ad Osmanorum imperatorem olim legati, qui beneuolentia, omni laude fuperiori, ingentis bibliothecae thefauros mihi aperuit. Spem, hoc illuftriffimo Maecenate adiuuante, Codicem hiftoriae Mauritaniae et Hifpaniae, auctore *Abu Mohammad Abdolwaheb Ben Ali al Temimi*, quem cel. *Rinck*, Profeffor Gedanenfis, Lugduni Batauorum defcripferat, vfurpandi, immatura mors huius doctiffimi viri, cui Mufae orientales illacrimantur, fefellit.

Scripfi in Viadrina d. XVII. Iun. cIↃIↃcccxI.

INDEX AVCTORVM
IN HOC OPVSCVLO LAVDATORVM.

Abdollatiphi compendium memorabilium Aegypti edid. *White*. Oxon. 1800. 4.
— idem liber gallice: rélation de l'Egypte par *Sylveftre de Sacy*. à Paris 1810. 4.
Abrahami Echellenfis Catalogus librorum fyriacorum Ebed Iefu. Romae 1653. 8.
Abulfaragins hiftoria dynaftiarum arab. et lat. edidit *Pocock*. Oxon. 1672. 4.
Abulfedae annales moslemici, arab. et lat. opera et ftudiis *I. I. Reiskii* edidit *I. G. Chr. Adler*. Hafniae 1789. 5 Vol. 4.
Ackermann, *I. Ch. G.*, ftudii medici Salernitani hiftoria. Stendal 1790.
Andres dell' origine, progreffi e ftato attuale d'ogni letteratura. Parma 1782. V. Ium 4.
Antonii bibliotheca hifpana vetus f. Hifpanorum, qui ab Octauiani Augufti imperio vsque ad annum MD floruerunt notitia; ex edit. *Francifc. Perez Bayer*. Matriti 1788. 2 Vol. fol.
Affemani, *Ioh. Sim.*, bibliotheca orientalis Clementino-Vaticana. Rom. 1719. 4 Vol. fol.
Banquieri, *Iof. Ant.*, libro de agricultura fu autor y doctor Abu Zacharia traducido al Caftelano. Madrid. 1802. 2 Voll. fol.
Bartolocci bibliotheca rabbinica. T. 1 — 5. Romae 1675 — 94.
Beckmann, *Ioh.*, *Beyträge zur Gefchichte der Erfindungen*. Leipz. 1781. Bd. 1. 2. St. 1 — 4. 1788. Bd. 3. St. 1 — 4. Bd. 4. St. 1. 1795. St. 2. 1796. St. 3. 1797. St. 4. 1799. Bd. 5. St. 1. 1800. St. 2. 1803. St. 3. 1804. St. 4. 1805.
Benjamini Tudelenfis itinerarium. L. B. 1633. 8.
Bochart Hierozoicon ed. *Leusden*. L. B. 1707.
Brucker hiftoria philofophiae. Francof. et Lipf. 1764 — 1776. 6 Voll. 4.

Buhle

Leonis Africani descriptionis Africae libb. IX. L. Bat. 1632. 12.
Lopez, *Francisc.*, syllabus corruptarum vocum arabicarum, quae in lingua hispanica vsurpantur. 1600.
Marin storia civile e politica del commercio de' Veneziani. Venez. 1789. 6 Vol. 8.
Masdeu, *Gian Francesco de*, storia generale di Spagna. Foligno 1781. 4. et mutata inscriptione: Storia critica di Spagna e della coltura Spagnola etc. Firenze 1787. 4. Auctor ipse opus suum hispanice interpretatus est hoc titulo: historia critica de España y de la coltura Española, qua interpretatione ego vsus sum.
Moses Maimonides More Nevochim. Paris 1520. fol. Basel 1629. 4.
Muradschea d'Ohsson tableau général de l'Empire othoman. 2 Voll. 8. Paris 1788. 8.
Muratori antiquitates Italiae. T. I — V. Mediol. 1738 — 41.
Notices et extraits des Mss. de la bibliothèque Nationale. 1787 — 1810. Paris. 8 Voll. 4.
Oelsner Mohamed. Frankfurt 1810. 8.
Petri de Alcala vocabulista aravigo en letra Castellana. Salamanc. 1505. 4.
Pezii thesaurus anecdot. T. I - III. A. Vind. 1721. T. IV. 1723. V. 1728. VI. 1729.
Plüer, *C. C.*, *Reise nach Spanien*, *herausgeg. von C. D. Ebeling*. Leipz. 1777. 8.
Pocock specimen historiae Arabum. Oxon. 1650. 4.
Prosper Alpinus de Medicina Aegyptiorum. Venet. 1591. 4.
(*Randel*) *Neuere Staatskunde von Spanien*. Berlin 1787. 2 Vol. 8.
(*Renaudot*) historia Patriarcharum Alexandrinorum Iacobitarum. Paris. 1713. 4.
Russel natürliche Geschichte von Aleppo; deutsch von Joh. Fried. Gmelin. Goettingen.
Sacy, *de*, Chrestomathie Arabe. Paris 1806. 3 Vol. 8.
Salmasius tabula Cebetis. L. B. 1640. 4.
Scaliger, *Ios.*, epistolae. Francof. 1628. 8.
Schott, *Andr.*, Hispania illustrata. Francof. 1603 — 1608. 4 Voll. fol.
Seldenius, *Ioh.*, Eutychii origines ecclesiae alexandrinae, arab. et lat. Londin. 1642. 8.
Sprengel, *C.* *Geschichte der Medicin*. 1792 — 1803. 5 Thle. 8.
Vives. *Ioh. Ludov.*, opera. Basil. 1555. fol.
Vocablos arabigos introducidos en la lengua Castellana, recopilados en Granada por el Santo officio.
Vossius, *G. Ioh.*, de philosophorum sectis. Amstel. 1650. 4.
—— de natura matheseos et constitutione. Amstelod. 1650. 4.

Qui aliquando historiam literariam Hispano-Arabicam scribendam sibi proposuerit, libri praecipue erunt adeundi hi, quorum vsus mihi non fuit concessus. Primo sex auctores arabici, quos *Dombay* in praefat. operis: *Geschichte der mauritanischen Könige* Vol. I. p. VIII. laudat. Porro dua opera, ab omnibus certe literatis studiosissime exspectata, alterum Angli *Murphy* the arabian antiquities of Spain; de quo vid. *Leipz. Lit. Zeit.* 1810. *Intelligenzbl.* St. 33., alterum Hispani D. *Josephi Antonii Conde* historia Hispaniae imperantibus Saracenis; de quo vid. *Sylv. de Sacy* praefat. version. gall. Abdollatiphi p. VIII.

PROLE-

PROLEGOMENA.

Ommiaditarum chalifa Walid regnante, Arabes, Musa et Tarik ducibus, Hispaniam cepere, initio Christianorum saeculi octaui.

Imperio ineunte Christianis omnino pepercerunt victores, quia carebant sat magna hominum copia ad omnibus regionibus militum praesidium imponendum, agros colendos *a*) et mercaturam exercendam *b*). Quare etiam Muhamedani, odio magis magisque sedato, matrimonia inierunt cum Christianis *c*), arcesserunt multos Africanos, non tantum qui Mohammedi nomina dederant, sed etiam 50000 Iudaeos et multos nobilis stirpis Syros *d*). Longe resistentes, denique victi Christiani, foedera inierunt cum victoribus, et procedente tempore Arabum moribus, linguae et vitae institutis assueuerunt, vno verbo Mozarabes *e*) (عرب المستعربة) facti sunt. Maxime dolebant templa christiana euersa *f*), aut Muhammedis cultu profanata, et libros sacros ab Arabibus combustos *g*).

Rebus publicis magis magisque compositis, ab armis ad literas transierunt Saraceni, non enim barbari, nec omnium literarum bonarum rudes Hispaniam adierant, sed variis disciplinis exculti, ornati. In omnibus enim regionibus, quas Arabes tenuerunt tempore medii aeui, floruerunt literae eorum studiis. Syria anno Christi 750 expugnata *h*), Graeci victi victorum doctores facti, Scholas *i*) enim illa in terra florentes inturbatas reliquerunt Saraceni. Bagdadensem chalifatum mox principes tenuerunt, qui liberalium artium fautores se praebuerunt. Talis erat ***Almansor*** *k*), qui iam auctores graecos arabice reddendos curauit *l*); ***Harun al Raschid*** *m*), quo mandante 300 viri

a) Agriculturam enim Arabes in Hispania summo studio curabant. *Casiri* I p. 338. Qua de re et multi auctores in Hispania exstiterunt. ibid. I p. 323. II p. 130. *b*) *Schott* Hisp. illustr. T. IV. p. 220. *c*) Eiusmodi matrimonia *Iulianus* in Chronic. p. 83. recte, *perniciosa* nuncupat. *d*) *Casiri* II p. 252. *e*) *Schott* Hisp. illustr. T. I. p. 698. T III. p. 41. T. IV. p. 222. *Casiri* II p. 18. Mozarabes mox et Arabum sermonem intelligebant et loquebantur. *Chron. Iulian.* p. 64 verso. *f*) Toleto expugnata 15 templa Arabes euerserunt funditus, 6 Christianis reliquerunt, alia propriis vsibus accommodauerunt. *Chronic. Iul.* p. 57 verso. *g*) *Chron. Iulian.* p. 61 recto. *h*) *Abulfaragius* ed. Pocock p. 246. *i*) *Assemani* bibl. oriental. V. III. P 2 p 943 et passim. *k*) *Casiri* I. p. 239. *Pocock* spec. hist. Arab. p. 166. *Ol. Celsius* p. 216 *l*) Comment. Societ. Goett. Vol. XI. p 216. *Cels.* p. 225. *m*) *Casiri* I p. 163. *Conring* p. 51. *Elmacin* p. 120.

viri docti itinera literaria fuſcepere; *Almamun n*), qui inſtrumenta aſtronomica confici, terram metiri mathematicis e regionibus remotis arceſſitis et graecos libros, a *Michaele Balbo* ad eum miſſos, arabice verti, iuſſit.

Iterum iterumque rebus in Hiſpania turbatis viri docti in Africam ſe receperunt, vbi, praeſertim in vrbe Fez literae ſumma diligentia tractabantur *o*). Et in Africa Maecenates floruerunt, *Abdalla Ben Jaſin*, e gente Morabitarum *p*), *Joſephus Ben Teſchfin q*), *Jacub Fadlillah r*) e gente Mohamidarum et *Abu Joſeph Jacob Ben Abdulhak s*).

Inquirenti in inſtituta literaria Arabum in Hiſpania neceſſario nonnulla praemonenda erunt de literariis inſtitutis Arabum in Oriente et in Africa, ne nimia admiratione abripiamur, incrementa conſiderantes, quae literarum bonarum ſtudia poſtea, auctoribus Saracenis in Hiſpania cepere. Plures nempe et in Orientis et in Africae nobilioribus oppidis, floruerunt, imperantibus Saracenis, ſcholae et academiae *), initio fortaſſis compoſitae ad exemplaria eiusmodi ludorum, quorum auctores Chriſtiani Antiochenſes, Berytenſes, Edeſſeni et Niſibeni nominantur *t*). Iudaei eodem modo in Syria et Meſopotamia degentes, multas et ſcholas et academias inſtituerant *u*). *Joannes Ben Meſuae* Syrus, iubente chalifa Almamone, Bagdadi ſcholam aperuit *v*). Vrbes Cufa et Baſora ſimili modo florentiſſimis gaudebant academiis *w*), deinde diſcidio de rebus grammaticis orto, claris *x*). Etiam de ſcholis Firuzabadinis, Samarcondinis et Damaſcenis *y*) nec non de Tondiſabarenſi *z*) in finibus Arabiae florente inde a ſeptimo vsque ad decimum ſaeculum, praecipue ſtudio medicinae et theologiae, narratur. *Almamon*, qui ſingulari literarum amore tenebatur, etiam in prouincia Khoraſan academiam inſtituerat, conuocatis viris doctis Graecis, Perſis, Coptis et Chaldaeis *a*). Praeter nomina horum inſtitutorum vix aliquid, quod narremus, reperimus. Tamen memoratu dignum videtur, Tataros, has regiones expugnantes, incredibili fere humanitate illis Muſarum peperciſſe ſedibus. Tantum enim abeſt vt deleuerint, vt potius ſumma cura nutriuerint. Singulos enim inter eos ſcientia pollentes viros eiusmodi literariis inſtitutis praeeſſe voluerunt, ſicuti *Naſirod-*

n) *Abulfarag.* p. 161. *Caſiri* I p. 429. *Golius* ad Alfragani p. 72. *Abulfeda* T. II. p. 240. *Voſſius* de natura matheſ. p. 173. *Ol. Celſ.* p 221 217. *Conring* p. 32. *Elmacin* p. 139. *o*) *Dombay Geſchichte der mauritan. Kön* I S. 59. *p*) ibid. p 188. *q*) ibid. p. 215. *Caſiri* paſſim. *r*) *Dombay* II. p. 115 *s*) ibid. p. 268. *) *Andres* V. I. p. 121. *t*) Cf. *Aſſemani* not. i) laudat. *u*) *Bartolocci* bibl. rabb. T III. p. 663. *Brucker* T. II p. 846. *v*) *Ol. Celſ.* p. 217. *Conring* ſuppl. p. 251. *w*) *Caſiri* I. p. 91. *x*) *Caſiri* I. p. 29. *y*) *Caſiri* I. p. 481. 513. *z*) *Abulfarag.* hiſt. dynaſt. p. 82. *Sprengel Geſchichte der Medicin* II. S. 253. *a*) *Oelsner* p. 167.

Nasiroddin Tusensis sub imperio suo habuit omnes scholarum publicarum reditus *b*). Nihilominus et Seldschukidarum, barbarorum nomine insignitorum, princeps *Gelal el Daulah*, et qui ei a secretis erat, *Nesam el Mulk* Bagdadi gymnasia instituerunt *c*). Aegyptus inprimis inclaruit scholis et academiis, quamuis et reliquae Africae regiones, quas Saraceni tenuerunt sub arbitrio, iis non carebant. Alexandria plura habuit Gymnasia, quorum vnum 20 scholas complectebatur *d*). Cairi Leo Africanus plura vidit collegia, et antiquiora et recentiora *e*), quorum vnum *Hakemus* princeps e gente Fatimitarum, initio saeculi XI. obseruatorio astronomico ornauit *f*). Ceterum in Africa memorantur scholae Hubeddensis *g*), Sigilmessensis *h*) (سجلماسة) Constantina *i*), Tunetana *k*), Cairensis *), Tripolitana *l*), Fessana *m*) et Maroccana *n*), quarum duae posteriores prae ceteris excelluerunt, atque antiquam laudem ad nostra tempora vsque propagauerunt *o*), ita vt Mauri pueros educandos erudiendosque Fessanis tradere soleant scholis, in quibus, praeter elementa literarum, religio, leges et poetica ars tractantur. Concedamus, multa eiusmodi instituta, initio saltem, originem potius debuisse studio religionis Muhammedanicae propagandae, quam amori literarum, quo auctores fuerint capti, tamen et illud prorsus laudabile atque ita comparatum, vt egregie literarum commodum promoueret. *Nureddinus p*) verbi causa, Aleppo, Hamae et Damasci academias fundauerat, in quibus praecepta Schafei et Hanifae exponerentur; alias autem scholas vsui orphanorum accommodauerat.

Quod attinet ad bibliothecas Arabum, etiam de his multa apud auctores occurrunt, e quibus pauca libabimus. Omnibus omnino Asiaticis et Africanis scholis et academiis, plurimis porro templis Muhamedanis bibliothecae adiunctae erant. Ne longior sim, de quibusdam Africanis modo referam, quarum fama adhuc superstes est. Multa quidem praedicant de bibliothecae graecae alexandrinae thesauris, a Chalifa *Omare*, comburi iussis *q*), quam tamen narrationem fictam nonnulli existimant *r*). Hoc autem nil facit ad nostram rem. Sed referunt de bibliotheca altera Alexandrina, Arabum studiis, literis et in Africa diligentius excultis, collecta, cuiusque thesauros maximam partem fere ad nostra vsque tempora seruatos esse contenderunt, quam tamen

b) *Abulfarag.* p. 548. *c*) *Oelsner* S. 190. *d*) *Conring* p. 54 *Benjamin Tudel.* p. 224. *e*) *Leo Afric.* p. 686. 689. *f*) Not. et extraits VII p. 17. *g*) *Leo* p 506. *h*) *ibid.* p. 611. *i*) *ibid.* p. 539. *k*) *ibid* p. 562. *) *Sylv de Sacy* Chrestomathie V. II p 97. *l*) *ibid.* p. 587. *m*) *ibid.* p. 283. 333. *n*) *ibid.* p 149. *o*) *Dombay Geschichte* I S. 59. *p*) Not. et extr. T. I. p. 676. *q*) *Abulfarag.* p 181. *Abdollatif* p 114. *r*) Vberius hac de re egerunt *Heeren* I S. 72. *Edw. Scott Waring* II S. 229. *Sylv. de Sacy* ad Abdollat. p. 240.

tamen narrationem reiiciendam putamus *s*). Etiam in arce Tunetana eximia erat bibliotheca *t*), atque vltimi Chalifae Aegyptiaci ***Ahmed Eddin Illah*** bibliotheca, eo moriente, vsque ad numerum 100000 voluminum creuerat *u*). Publica Cairensis bibliotheca iam Eg. 435 maxima euaserat. ***Abulcassem Ali Ben Ahmad***, regius tum temporis administer, decreuit, illius bibliothecae rebus consulere, indicem librorum componendo, et Codices plures concinnando, quarum rerum curam Hispanis ***Abu Abdalla Alcodhai*** et ***Ben Khalepho*** demandauit. Iam illo tempore bibliotheca habebat 6500 Codd., Astronomiam, Geometriam et Philosophiam spectantes *v*). In bibliotheca Fessana 32000 varii argumenti libri reperti sunt *w*). E Maroccana denique ingens Codicum numerus in Escurialensem bibliothecam migrauit, ex quo de amplitudine illius aequum potest ferri iudicium *x*).

Ex ingenti fere numero Arabum qui literarum causa itinera susceperunt, duos tantum nominemus, Hispaniam aggressos, nempe ***Muhamedem Ebn Mansur Alberni***, ex vrbe Africana Berna, florentem Eg. 569, qui Cordubam venit, viros literatos aditurus *y*) et ***Muhamedem Ben Abderabaman Alkarsuthi***, Fessanum, qui Malacae iurisprudentiam docuit, tum Granatam adiit, academicos de literis consulendi causa. Decessit Eg. 767. Chr. 1365 *z*).

His praemissis, iam quae de singulis institutis literariis Arabum in Hispania, cuius regionis partes inde ab anno Chr. 711 vsque ad finem saeculi XV Saraceni tenuerunt, collegimus, ita digessimus, vt primo de scholis et academiis, ab iis institutis, agamus, cui recensui addidimus catalogum praecipuorum illarum scholarum et academiarum praeceptorum et virorum doctorum, in his institutis educatorum. Deinde de bibliothecis Hispano-Arabicis et priuatis et publicis videbimus. Porro exponemus de itineribus literarum causa ab Hispano-Arabibus susceptis. Denique pauca subiungemus de nonnullis institutis literariis Arabum in Hispania minoris momenti. Finis opusculi in disquisitione de literatura Hispano-Arabum per Europam dispersa et de graecorum auctorum versionibus erit. Talis est conspectus commentationis, cui multa desunt, vt historiae nomine digna habeatur, quae tamen fortassis aliquando Arabum historiam literariam conscribenti aliquid emolumenti afferre poterit.

s) Not. et extr. T. VIII. p. 200. *t*) *Hottinger* bibliothecar. p. 26. *u*) Not. et extr. T. I. p. 572. (*Renaudot*) histor. Patriarchar. p. 536. *v*) *Casiri* I. p. 417. *w*) *Erpenii* oratt. p. 64. *x*) *Casiri* I. passim. *y*) *Casiri* I. p. 202. *z*) *Casiri* II. p. 86.

CAP.

CAP. I.

DE ACADEMIIS ET SCHOLIS ARABVM IN HISPANIA *a*).

§. 1. *De academia Cordubenſi.*

Regnum Cordubenſe inter prima fuit ab Arabibus in Hiſpania conſtituta. Principes Cordubenſes, rebus publicis tandem ſedatis et compoſitis, ſingulari modo literas fouere coeperunt. Iam *Hakemus* literarum patrocinium ſuſcepiſſe dicitur *b*), ***Abdelrahmanus*** II autem, qui rex electus Eg. 206. Chr. 821. et philoſophiam et poeſin in deliciis habuiſſe *c*). Eo regnante ***Aly Zeriab***, Perſa, illuſtris tum temporis muſicus, Cordubam venit, qui inter multos poſtea praeclaros diſcipulos et *Iſaacum Muſſoli* educauit *d*). Sed praetereamus haud exiguam principum Cordubenſium ſeriem, qui omnes fere literas ipſi amaſſe et literarum artiumque cultoribus fauiſſe dicuntur *e*), vt accedamus ad illum, de quo differenti de academia Cordubenſi praeſertim erit dicendum, nempe ad ***Hakemum*** II et ***Almoſtanſerum Billam*** nuncupatum. Hic Eg. 350. Chr. 961 in regno ſucceſſit patri ***Abdelrahmano*** III, regi Hiſpaniae e gente Ommiaditarum VIII, et, cum res ciuiles, eo imperante, tranquillae eſſent, totus literarum bonarum ſtudio ſe tradidit *f*). Hic bibliothecam Cordubenſem auxit et ſuppleuit, acciuit vndequaque viros hoc, vel illo ſcientiae genere praecellentes, eosque vel annales Hiſpaniae, vel hiſtoriam aut literariam, aut naturalem conſcribere iuſſit. Praefectis vrbium negotium impoſuit, vt notitias ad antiquitatem regionum et populi pertinentes ad eum mittendas curarent. Maximam autem ſibi laudem peperit condendis multis per vniuerſam Hiſpaniam gymnaſiis, inter quae academia in regia ipſa conſtituta prae omnibus elucеſcebat. ***Hakemum*** igitur academia Cordubenſis auctorem habuit *g*).

 Certe

a) Omnino tenendum eſt, in omni noſtra commentatione tantum de academiis et ſcholis maioribus ſermonem eſſe. Cuique enim templo Muhamedanorum additam fuiſſe ſcholam inferiorem, qui mos adhuc in Oriente obtinet, infra videbimus. *b*) *Ruſſel* II. S. 42. *c*) *Cardonne* I. p. 282. *Caſiri* II. p. 35. *d*) *Herbelot* p. 651. *e*) Neque ſine fructu. Nam iam Eg. IV initio Cordubae floruerunt ſcholae et exteris notae, ita vt verbi cauſa *Mohamad Ben Abdalla Ben Ali Amer Almoapheri* vulgo *Almanſor* Eg. 327 in inſula viridi natus, adoleſcentulus, ſtudiorum cauſa, Cordubam mitteretur. *Caſiri* II p. 49. 50. Etiam bibliothecam iam ante Hakemi tempora Cordubae fuiſſe, infra videbimus. *f*) *Cardonne* I. p. 346. *g*) *Caſiri* II. p. 201. *Ruſſel* II. S. 48. *Masdeu* T. XIII. p. 170.

Certe academia Cordubensis multis excelluit praeclaris ingeniis. Quomodo autem omnia tum temporis studiorum genera amplexa sit, apparebit ex catalogo hoc virorum doctorum, qui in ipsa vrbe aut vrbis ditione nati ibi literis vacauerunt.

Incipiamus a theologis Muhammedanis, qui in critica atque exegesi Corani, quasi fontis vtriusque, et dogmatum et doctrinae morum versabantur. — *Abu Omar Ahmed Ben Abd Rabbihi*, *Ben Ganibi* natus Eg. 246 obiit Eg. 329 Chr. 940 postquam multas traditiones in volumen collegerat, inscriptum: filum margaritarum *h*). — *Junes Ebn Abdalla Ben Mohamad Abulualid* vulgo *Ben Alsaphar i*) floruit quarto Egirae saeculo, initio iuris scientia spectatissimus, tum autem cum praeturam patriae vrbis abdicasset, pietatis studio et contemplationibus intentus. Scripsit varia ascetica et denique mortuus est nonagenarius Eg. 429 Chr. 1037. — *Abi Abdalla Mohamad Ben Ahmod Ben Abi Baker Alonses k*) clarus Corani enarrator.

Quinto Egirae saeculo excelluerunt: *Abu Amon Othman Ben Said Alamui Almocri* vulgo *Ebn Alsairaphi l*), qui de variantibus lectionibus Corani secundum 7 lectorum insignium *m*) placita disserebat libro singulari. Obiit Deniae Eg. 444 Chr. 1052. — *Abulualid Soliman Ben Khalaph Albagi n*) denatus Eg. 474 Chr. 1081 scripsit epitomen doctrinae theologicae. — *Abu Mohammad Abdalla Ben Abi Zaid o*) edidit institutiones theologicas in vsum studiosae iuuentutis. — *Othman Ben Said Abu Amru*, vulgo *Ebn Alsairaphi p*) interpretabatur Coranum Deniae atque in eum doctos edidit commentarios. Obiit Eg. 444 Chr. 1052.

Incertae aetatis theologorum Cordubensium enarrandos censeo hos: *Abu Abdalla Mohamad Ben Abdalla Alhaphed Ben Alhakem q*). Edidit collectionem traditionum. — *Abul Abas* laudatur inter theologos Cordubenses a *Bocharto a*). — *Mohamad Ben Mohamad Ben Amran Alserari b*) commentatus est in *Abulhassani Omar Ben Mohamad Alrabathi* poema de accurata Corani lectione.

Inter

h) *Abulfedae* annales T. II. p. 410. *i*) *Casiri* II. p. 148. *k*) *Casiri* I. p. 489. *l*) *Casiri* I. p. 504. *m*) Erant *Asemus*, Cuphiensis, obiens Eg. 117. Chr. 735. *Abi Amerus*, Damascenus, ob. Eg. 118. Chr. 736. *Ebn Kathir*, Meccanus, ob. Eg. 120 Chr. 738. *Abu Amru*, Basorensis, obiens Cufae Eg. 154. Chr. 771. *Hamza*, Cuphiensis ob. Eg. 156. Chr. 772. *Naphaeus* floruit Medinae Eg. 169. Chr. 785. *Alkasanus*, Cuphiensis floruit Eg. 189. Chr. 804. Cf. *Casiri* I. p. 504. *n*) *Casiri* I. p. 524. *o*) *Casiri* I. p. 526. *p*) *Casiri* II. p. 145. *q*) *Casiri* I. p. 537. *a*) In Hierozoico P. II. l. 2. c. 26. ed. Leusden p. 306. cf. *Antonii* bibliotheca Hispana. *b*) *Casiri* I. p 506.

Inter Iurisperitos Cordubenses hos nominasse sufficiat: *Abdelmalek Ben Habib Aba Maruan Alsalami c)*. Auctor est tractatus alicuius de iure. Decessit Eg. 239 Chr. 853.

Egirae saeculo IV. *Abu Said Kholaph Ben Abilcassem Azadita d)*, florens Eg. 373. Chr. 983. restitutor codicis authentici iuris Hispano-Africani. — *Ahmad Ben Mohamad Ben Aphiph Ebn Mariuel e)* edidit tractatum de exsequiis et historiam iurisconsultorum Cordubensium. Decessit Lorcae Eg. 420. Chr. 1029. — *Mohamad Ben Abdelala Ben Salem f)* prope Cordubam natus in oppido كشكينان, scripsit bibliothecam iurisconsultorum et iudicum Hispanorum. — *Jahio Ben Jahia Ben Cassem g)* clarus iurisconsultus, editor libri auctoris anonymi de matrimonio. — *Joseph Ben Abdalla Abulcassem Ben Abdelbar*, vulgo *Abu Amru h)* natus Eg. 368. Chr. 978. edidit Pandectas Hispanos 90 partibus distributos et literarum serie digestos; historiam scholarum iuridicarum, in qua de earum consensu et dissensu disputabat; denique historiam Cordubensem et naturalem et literariam. Obiit Eg. 463. Chr. 1070. — *Mohamad Ben Said Ben Alsori Abu Abdalla i)* scripsit tractatum de iuridicis probationibus et praesumtionibus; opusculum historico-iuridicum; hortum iurisperitorum. Interfectus est Eg 403. Chr. 1012. — *Abu Said Khalaph Ben Abilcassem Alburadhi k)* flor. Eg. 372. Chr. 982. epitomator institutionum iuris ciuilis.

Egirae saeculo V. *Galeb Ben Abdelrahman Abu Baker Almohareb l)* natus Eg. 441. Chr. 1049. mortuus Eg. 518. Chr. 1124. — *Mohamad Ben Pharagi m)* natus Eg. 404. Chr. 1013. scripsit de contractibus, obiit Eg. 497. Chr. 1103. — *Abdalla Ben Said Abu Mohamad* vulgo *Ebn Alschpac n)* praeses Curiae regiae Cordubensis, multis scriptis ad ius pertinentibus clarus, obiit Eg. 426. Chr. 1034. — *Hescham Ben Ahmad Ben Said Abulualid o)* vulgo *Ebn Avodio* multa opera iuridica edidisse fertur. Obiit Eg. 509. Chr. 1115. —

Egirae saeculo VI. *Mohamad Ben Abraham Alhadrami p)* ex oppido البيسانة, prope Cordobam, iurisconsultus et historicus, scripsit bibliothecam iurisconsultorum. Occubuit Eg. 609. Chr. 1212. — *Abdalla Ben Mohamad Ben Zaidum Almakhzumi q)* insignis iurisprudentiae scientia. · Obiit Eg. 564. Chr. 1168.

 Egirae

c) *Casiri* II. p. 138. d) *Casiri* I. p. 446. e) *Casiri* II. p. 140. f) *Casiri* II. p. 134. g) *Casiri* I. p. 454. h) *Casiri* II. p. 148. i) *Casiri* II. p. 146. k) *Casiri* I. p. 464. l) *Casiri* II. p. 113. m) *Casiri* II. p. 134. n) *Casiri* II. p. 143. o) *Casiri* II. p. 148. p) *Casiri* II. p. 124. q) *Casiri* II. p. 128. r) *Casiri* I. p. 465.

Egirae faeculo VII. *Abu Mufa Ifa Ben Jahia Alvanughi r)* fcripfit fcholia in *Abu Said Khalaph Ben Abilcaffem Albaradhi* compendium digeftorum.

Incertae aetatis iurisconfulti Cordubenfes: *Alvalid Ben Hefcham Azadita s)* fcripfit de iuftitia et iure ad iudicum vfus X capitibus. *Ebn. Alcaffar t)* fcripfit de iure canonico fecundum 4 fcholarum placita *u)*. — *Abulvalid Hefcham Ben Abdalla Ben Hefcham Azadita v)*, fummus iudex patriae, auctor libri de recta iuris dicendi ratione, ad legis Muhammedanae rationem accommodata. — *Nafſereddin Abulabbas Ahmad Ben Alamin Abulmoali w)* auctor commentariorum in ius canonicum. — *Ali Ben Mohamad Ben Abdelhar Alzeruls x)* auctor quaeftionum legalium cum decifionibus doctorum Hifpanorum. — *Abu Giaphar Ben Naffer Alravadi y)* fcripfit tractatum de tributis et vectigalibus.

Medici atque hiftoriae naturalis et Chemiae fcriptores Cordubenfes.

Egirae faeculo IV. *Abdalla Ben Mohamad Alfchacphi Alfufi z)* fcripfit experimenta vfu probatiffima. Interfectus eft Eg. 403. Chr. 1012. *Garibai Ben Said a)* flor. Eg. 353. Chr. 964. fcripfit de feminis qualitate, de impedimentis generationis, de finibus praegnationis etc. — *Zacharia Jahia Ben Mohamad Almudaeus b)* edidit opus phyfiologico-pathologicum, quo infeftat theoremata *Galeni*, *Hippocratis*, *Avicennae*, *Razaei* aliorumque. —

Saeculo egirae V. *Ezahragui* medicus *Manforis Ben Ifaac Ben Ahmed*, Abaffiditae XXXVIII. fed Cordubae natus. Male *Hottingerus c)* et *Antonius d)* eum obiiffe dicunt Eg. 404. Chr. 1026. cum mortuus fit Eg. 500. Chr. 1106, quod probat *Cafiri e)*. — *Khalaph Ben Abbas Abulcaffem f)* vulgo *Alzahravi* et medicus et chirurgus peritiffimus. Scripfit varia opera. Deceffit e vita Eg. 500. Chr. 1106. in patria. — *Ebn Alaitam*

r) Cafiri I. p. 465. *s) Cafiri* I. p. 461. *t) Cafiri* I. p. 458. *u)* Coranus fons iurisprudentiae et theologiae fuit apud Orientales. Quare vtrumque ftudium arctius inter fe coniunctum, quam apud nos ftudium bibliorum facrorum et corporis iuris. Difcidia et contentiones iureconfultorum et theologos fpectabant; theologorum difceptationes iurisconfultos. — Auctores harum quatuor fcholarum, de placitis ICtorum inter fe difcrepantium, fuerunt *Malek*, *Schaphaeus*, *Hanbal* et *Abu Hanipha*. *Cafiri* I. p. 474. De difcrepantia et concordia vtriusque fectae difficile eft certi aliquid afferre, cum careamus libro anonymi hac de re fufius tractante. *Cafiri* I. p. 474 Multa hac de re differuit *Muradyea D'Ohffon* T. I. Sed neceffe erat, diuerfitas exoriretur, cum ficuti in theologia, fic et in iure, praeter Coranum, alii alios fontes ftatuerent, nempe traditionem (السنة), rationem (الاجماع) et confenfum (القياس). *Hottinger* hift. oriental. p. 366. — *v) Cafiri* I. p. 455 *w) Cafiri* I. p. 447. *x) Cafiri* I. p. 470. *y) Cafiri* I. p. 471. *z) Cafiri* II. p. 130. *a) Cafiri* I. p. 273. *b) Cafiri* I. p. 315. *c)* Bibliothecarius p. 256. *d)* Bibliothec. vet. hifp. T. II. p. 403. *e)* T. I. p. 173. *f) Cafiri* II. p. 136.

tam g) fcripfit de alimentis, de venenis, de herbarum viribus et naturis. Vita defunctus eft Eg. 455. Chr. 1063. —

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Algaphar h*) edidit opera de corporis humani anatomia et de curatione oculorum. — *Moyfes Ben Maimun* vulgo *Maimonides Ben Obaidalla i*) a parentibus Iudaeis ortus erat, adeoque Iudaeae religioni addictus fuerat; fed cum Eg. 524. Chr. 1129. *Abdelmumen Ben Ali* Hifpaniae rex creatus, edictum de Iudaeis et Chriftianis e regno expellendis publicaffet, nifi ad fidem Muhammedanicam fe conuertiffent, Mofes nofter amplexus eft fidem Muhammedis. Mox tamen cum fuis in Aegyptum migrauit, ibique mercatura exercenda victum quaefiuit. Obiit Eg. 605. Chr. 1208. Dubitandum, num clarior in philofophia fuerit, an in medicina. Nobis tamen de hac tantum dicendum eft, quamquam et in mathematicis difciplinis magni praetii reliquerit opera. Quod attinet ad medicinam, *Galeni* libros in epitomen contraxit, fcripfit medicinae compendium, tractatum de fanitatis regimine, alium de morborum caufis et curatione, epiftolas medicas duas et tractatum de afthmate. — *Berhaneddin Abulhaffan Ali Ben Abilcaffem Ben Arpha Ras k*) maximus Hifpanorum chemicus.

Saeculo Eg. VII. *Abu Mohamad Abdalla Lakhamita l*) fcripfit de natura equorum, proprietate, colore et forma et dono dedit opufculum fuum regi *Abi Abdalla Mohamad Ben Naffer Almanfor*, qui tertius Granatae rex fuit ex gente *Bennafferitarum*, creatus Eg. 701. Chr. 1301.

Incertae aetatis medici, hiftoriae naturalis et chemiae fcriptores Cordubenfes: *Abu Giaphar Ahmad Ben Ifac Alhofaini m*) edidit quaeftiones proponendas medicinae candidatis.

Mathematici et Geographi Cordubenfes.

Saeculo Eg. IV. *Ahmad Ben Abdalla Algaphki n*) vulgo *Ebn Algiaphar*, arithmeticae difciplinae fcientia excelluit, qua de arte et valde laudatum librum fcripfit.

Saeculo Eg. V. *Malek Ben Abdalla Abulvalid o*) excelluit difciplinarum mathematicarum fcientia, de qua et libros edidit. Deceffit ex patria Eg. 507. Chr. 1113. — Huic faeculo etiam attribuendus eft *Ali Ben Rogel*, fed dubitandum, num certe Cordubenfis fuerit, quod tamen nonnulli *p*) affirmant. Hic circa Eg. 424. Chr. 1032. Toleti floruit, aufpiciis Almenoni.

Incertae

g) *Cafiri* II. p. 139. *h*) *Cafiri* I. p. 274. *i*) *Cafiri* I. p. 293. *Herbelot* p. 538. *Sylveftre de Sacy* ad Abdollatif. p. 490. *k*) *Cafiri* I. p. 194 *l*) *Cafiri* I. p. 321. *m*; *Cafiri* I. p. 299. *n*) *Cafiri* II. p. 140. *o*) *Cafiri* II. p. 147. *p*) *Antonii* biblioth. hifp. T. 1. p. 390.

Incertae aetatis: *Abu Obaid q*) reliquit opus geographico-hiſtoricum, continens deſcriptionem Aegypti, Africae et Mauritaniae. — *Haſſan Ben Ali Alamui r*), auctor operis calendarii, quem nonnulli putant vixiſſe Eg. 356. Chr. 966. — *Abdalla Mohamad Ben Moad s*) ſcripſit tractatum de ſphaerae ſuperficie. — *Abi Said Abdelrahman Ali Ben Omar Aldalaili t*) edidit analyſin operationum arithmeticarum.

Hiſtorici Cordubenſes.

Saeculo Eg. III. *Hajan Ben Khalaph Ben Hoſſain Ben Hajan Abu Maruan u*) edidit Chronologiam hiſpanam. —

Saeculo Eg. IV. *Mohamad Ben Hareth Alkaſchni v*) ſcripſit magnum opus de vitis et obitu iurisconſultorum et hiſtoricorum Hiſpanorum. Obiit poſt Eg. 330. Chr. 941. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Salem w*) natus in oppido كشكبنان, in agro Cordubenſi, edidit bibliothecam iurisconſultorum iudicumque hiſpanorum. — *Mohamad Ben Heſcham Ben Abdelaziz x*), ex Ommiaditarum regia ſtirpe, orator et poeta, qui floruit Eg. 340. Chr. 951, ſcripſit hiſtoriam poetarum hiſpanorum. — *Abdalla Ben Mohamad Ben Moghit y*) vulgo *Ebn. Alſophar*, chronicographus *Alhakimi*, Hiſpaniae regis, quo iubente ſcripſit hiſtoriam regum Ommiaditarum, cui immiſcuit vnius cuiusque principis carmina. Obiit Toleti Eg. 352. Chr. 963. — *Abdelmalek Ben Ahmad Ben Abdelmalek Ben Schahid Abn Maruan z*) conſcripſit Arabum annales, in 100 partes diſtributos, annorum ſeriem et regum ordinem ſecutus. Interfectus eſt Eg. 393. Chr. 1003. — *Ahmad Ben Said Ben Abrahim Alhamdani a*) alias *Ebn Alhendi*, ſcripſit hiſtoriam Hiſpaniae 8 partibus, notis eruditis locupletatam. Obiit Eg. 399. Chr. 1008. — *Abdelrahman Ben Maruan Alanſari b*) vulgo *Alcanazei* ſcripſit hiſtoriam philoſophorum Cordubenſium. Denatus Eg. 413. Chr. 1022. — *Abdalla Ben Mohamad Ben Naſſeri Alazadi Alhaphed c*) vulgo *Abulvalid Ebn Alphardi* ſcripſit hiſtoriam virorum Hiſpanorum, qui literis et ſcriptis quam maxime claruerunt, bibliothecam poetarum Hiſpanorum et alia opera, quae hiſtoriam non ſpectant. Interfectus eſt Cordubae Eg. 403. Chr. 1012. — *Soliman Ben Beiter Ben Soliman Abu Ajub d*) ex oppido داهش prope Cordobam, ſcripſit Bibliothecam Cordubenſem. Obiit Malaccae Eg. 404. Chr. 1013. —

Saeculo Eg. V. *Abu Amru Joſeph Ben Abdalla Ben Abdelber e*) vulgo *Alnamari* ſcripſit praeclara opera hiſtorica, maximam autem laudem ſibi

q) *Caſiri* II. p. 2. r) *Caſiri* I. p. 376. s) *Caſiri* I. p. 382. t) *Caſiri* I. p. 370. u) *Caſiri* II. p. 136. v) *Caſiri* II p. 133. w) *Caſiri* II. p. 134. x) *Caſiri* II. p. 134. y) *Caſiri* II. p. 137. z) *Caſiri* II. p. 145. a) *Caſiri* II. p. 140. b) *Caſiri* II. p. 144. c) *Caſiri* II. p. 142. d) *Caſiri* II. p. 141. e) *Caſiri* II. p. 156.

ſibi peperit annalibus ſuis veterum Arabum, in quibus de Arabum origine, familiarum ſerie, nominibusque gentilitiis diſputabat. Obiit Eg. 460. Chr. 1067. — *Omar Ben Nemara Abu Haphs f*) ſcripſit bibliothecam iurisconſultorum Hiſpanorum. Obiit Eg. 491. Chr. 1097. — *Haſſan Ben Mohamad Ben Alhoſſain g*), vulgo *Alcabſchi* edidit hiſtoriam Hiſpaniae, geſta regum atque iurisconſultorum vitas complectentem. Deceſſit Murciae Eg. 430. Chr. 1038. — *Said Ben Ahmad Ben Abdelrahman Ben Mohamad Ben Saed Abulcaſſem h*) reliquit Hiſpaniae annales et Mohamedanorum hiſtoriam in epitomen redactam. Obiit Toleti Eg. 462. Chr. 1069. — *Abdelrahman Ben Omar i*) vulgo *Alvalid* edidit hiſtoriam principum *Almeritarum*. Obiit Eg. 423. Chr. 1031. — *Abdelgiabar Ben Abdalla Ben Ahmad Ben Asbaghi Almarnani k*) e familia Ommiaditarum, edidit hiſtoriam Hiſpaniae vniuerſalem. Mortuus eſt Eg. 516. Chr. 1122. —

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Abraham l*) vulgo *Abulcaſſem* etiam *Ebn Almuaini*, Granatenſis cancellarius ſcripſit annales Granatae. Obiit Eg. 564. Chr. 1168. — *Ben Baſckual m*) auctor bibliothecae arabico-hiſpanae, quod opus conſummauit. Eg. 534. Chr. 1139. — *Abdalla Ben Alhaſſan Ben Abdallab Alanſari n*) vulgo *Ebn Alcorthobi* ſcriptor hiſtoriae Hiſpaniae. Obiit Eg. 611. Chr. 1214. — *Abdalla Ben Ahmad Ben Soliman Alanſari o*), vulgo *Ebn Thaileſan* auctor bibliothecae philologorum Cordubenſium. Obiit Eg. 614. Chr. 1217. — *Mohamad Ben Abraham Alhadhrami p*) ex oppido Lucena اليسانة in agro Cordubenſi, edidit bibliothecam iurisconſultorum. Occubuit Eg. 609. Chr. 1212. — *Mohamad Ben Abdelmelek Ben Maſud Ben Muſa q*), pronepos clariſſimi ſcriptoris, de quo antea diximus *Ebn Baſckual*, edidit hiſtoriam virorum illuſtrium, qui Cordubae doctrinae laude claruerunt. Obiit Eg. 567. Chr. 1171.

Saeculo Eg. VII. *Abu Ali Ben Ali Scharaph r*) edidit ſacram hiſtoriam illuſtratam i.e. bibliothecam ſcriptorum de traditionibus religionis Muhammedis, perductam vsque ad Eg. 615. Chr. 1218.

Grammatici et rhetores Cordubenſes.

Saeculo Eg. IV: Liceat hoc primo loco *Ismailum Ben Alcaſſem s*) vulgo *Abu Ali Alcali* nominare, qui, quamquam non in Hiſpania natus,

f) *Caſiri* II. p. 158. g) *Caſiri* II. p. 141. h) *Caſiri* II. p. 142. *Herbelot* p. 730. i) *Caſiri* II. p. 144. k) *Caſiri* II. p. 145. l) *Caſiri* II. p. 73. m) *Caſiri* II. p. 140. n) *Caſiri* II. p. 129. o) *Caſiri* II. p. 129. p) *Caſiri* II. p. 124. q) *Caſiri* II. p. 123. r) *Caſiri* II. p. 164. s) *Caſiri* II. p. 136. *Herbelot* p. 245.

natus, tamen omnino ad hanc regionem pertinet, praecipue autem ad Cordubam. Eg. 288. Chr. 900. natus in oppido Monar Giord (منار جرد) in agro Bagdadi, Cordubam venit, ibique rhetoricam docuit. Eg. 330. Chr. 941. Mox *Alhakem* filius regis *Abdelrahmani* ei erudiendus tradebatur. Excelluit praefertim in fcientia linguae arabicae, ita vt nomen *Hifpaniae philologi* fit adeptus. Edidit inter alia opera lexicon arabicum et libellum de orthographia arabica. Obiit Eg. 356. Chr. 966. — *Ebn Sojad t*) ex oppido Selaha (صلاحة) fcripfit de Arabum fermone et eruditione. Obiit Eg. 360. Chr. 970. — *Abdelmalek Ben Tariph Abu Maruan u*) edidit librum de verborum coniugatione. Deceffit e vita Eg. 400. Chr. 1009. — *Abu Baker Mohamad Ben Alhaffan Alzebeidi v*), iubente *Alhakmo Almoftanfero Billa*, IX chalifa e gente Ommiaditarum, lexicon arabicum, variis ex exemplaribus orientalibus et Hifpano-Arabicis hauftam, compofuit. Obiit Eg. 366. Chr. 976. —

Saeculo Eg. V. *Abdalla Almakhzumi w*), auctor tractatus de inftitutionibus grammaticis. Floruit Cordubae Eg. 500. Chr. 1106. — *Abulhaffan Ben Alnamat x*) fcripfit de fermonis arabici vfu et proprietate. — *Ahmad Ben Khalaph Ben Abdalla Alakhakamita y*) fcribenda recitauit fenex multa opera ad cognitionem linguae arabicae pertinentia. Obiit Eg. 449. Chr. 1059.

Saeculo Eg. VI. *Abiluoali Saad Ben Ali Alkothhairi Alvarrac z*) deceffit Cordubae Eg. 568. Chr. 1172. reliquit librum de poetica eloquentia eiusque vfu. — *Ebn Almograbi Mohammad a*) lexicon vocabulorum ad poefin pertinentium fingulari cum doctrina notis illuftravit. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Maimun Ben Edris Aba Baker Alabderita b*) magnus et iurisconfultus et rhetor et poeta. Publice profitebatur rhetoricen in fchola Maroccana, ibique interiit. Eg. 567. Chr. 1171. Reliquit opera de arte rhetorica et poetica, commentarios in grammaticam *Zagiagaei* et in *Hariri* confeffus. —

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Jahia Ben Hefcham Alkhazragita c*) vulgo *Ebn Albardhai* ex oppido Sochena in regno Cordubenfi, poft varia itinera ad peritiam linguae arabicae fibi comparandam fufcepta, fcripfit grammaticas inftitutiones, lexicon etymologicum et prolufiones rhetoricas et poeticas. Obiit Tuneti Eg. 646. Chr. 1248.

Incertae aetatis: *Abi Mohamad Abdalla Ben Abbas Ben Mohamad Alkhazragi d*) auctor commentariorum doctorum. — *Ahmed Ebn Almos-*

t) *Cafiri* II. p. 139. u) *Cafiri* II. p. 145. v) *Cafiri* I. p. 166. w) *Cafiri* I. p. 28. x) *Cafiri* I. p. 53. y) *Cafiri* II. p. 141. z) *Cafiri* I. p. 135. a) *Cafiri* I. p. 130. b) *Cafiri* II. p. 84. c) *Cafiri* II. p. 126. d) *Cafiri* I. p. 17.

Almostaf e) auctor grammaticae arabicae. — *Ebn Cassem f*) scholia scripsit in *Altaphtazani* opus de rhetorices et eloquentiae praeceptis. — *Abi Abdalla Mohamad Ben Ajub g*) multa ad artem dicendi pertinentia, quae sparsim apud auctores tractantur, collegit, simulque reprehendebat quam acerrime vsum vocum similiter desinentium in sermone soluto. — *Abu Zerr* (ذر) *Ebn Mohamad Ben Massud Alkhaschani h*) commentarium doctissimum scripsit in XX poetarum carmina de vita Muhammedis, quo in opere acutissimi ingenii multa dedit documenta, in enucleandis vocabulis abstrusioribus, locisque obscurioribus. —

Poetae Cordubenses.

Saeculo Eg. IV. *Joseph Ben Harun Alkindi Abu Amr*, vulgo *Alramadi*, ita dictus a loco Ramada (رمادة) in Mauritania, vnde originem duxisse fertur, ortu Cordubensis, quem Cordubensis academia principem poetarum declarauit *i*). Fortassis idem est, quem *Casiri* alio loco *k*) appellat *Josephum Ben Haron Alramadi*, vulgo *Joannem Abu Amru*, poetarum Cordubensium principem, quique conscripsit carmina de re equestri ac de venatione. Prior adhuc vixisse dicitur Eg. 333. Chr. 944, posterior e vita cessisse narratur Eg. 403. Chr. 1012. —

Saeculo Eg. V. *Mohamad Ben Solaiman Ben Alcasira Abu Baker l*), consiliarius *Josephi Ben Tasphin*, reliquit varia carmina et epistolas peleganter conscriptas. Obiit Eg. 480. Chr. 1087. — *Abu Isaac Abrahim Ben Abilphth* (بن ابي الفتح) *Alkhaphagi m*) floruit Eg. 497. Chr. 1103. Cordubae et reliquit multa carmina et epistolas. — *Ali Ben Ahmad Ben Said Ben Hazam n*) natus Eg. 384. Chr. 994. denatus Eg. 456. Chr. 1164. multa scripsit opera philosophica, iuridica, theologica, dogmatica aduersus Christianos et Iudaeos, carminibus autem maximam artem et sententiarum acumen probauit. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Maimun Ben Edris Elba Baker* o) clarus rhetorices et poeseos scientia, quarum doctrinarum priorem Marochi publice profitebatur. Obiit Eg. 467. Chr. 1171. —

Saeculo Eg. VI. *Abu Becr Jahia Ben Abderrahman Ebn Back* auctor carminum artificiosorum, quorum specimen affert Abulfeda *). Obiit Eg. 540. Chr. 1145. — *Mohamad Ben Isa Abu Baker p*), vulgo *Ben Cuzman* (بن قزمان) obiit in patria Eg. 555. Chr. 1160. excelluit praesertim in carminum genere amatorio. — *Abu Giaphar Abdelrahman Ben Mohamad Ben Geregi q*) philologus et poeta, obiit Eg. 575. Chr. 1179. —

 Abu

e) *Caf.* I. p. 31. f) *Caf.* I. p. 55. g) *Caf.* I. p. 56. h) *Caf.* I. p. 167. i) *Caf.* II. p. 139. k) T. II. p. 148. l) *Cafiri* II. p. 78. m) *Cafiri* I. p. 112 n) *Cafiri* II. p. 110. o) *Cafiri* II. p. 84. *) *Abulfeda* annal. III. p. 495. p) *Cafiri* II. p. 77. q) *Cafiri* I. p. 97.

Abu Giaphar Ahmad Ben Abdelrahman Alakhamita r) poeta, denatus Eg. 616. Chr. 1219. — *Abu Isaac Abrahim Ben Isa Ben Asbag Alazadita s*) poeta, obiit Eg. 627. Chr. 1229. — *Abu Baker Ben Hesiham Alazadita t*) praetoris Cordubensis filius, clarus poeta, decessit in insula viridi Eg. 605. Chr. 1208. — *Abi Phath Almozi u*) floruit Eg. 567. reliquit opus, partim soluta, partim stricta oratione compositum, varia carmina, narrationes et sententias continens. — *Abu Giaphar Ahmad Ebn Abi Abdalla Ben Zarcala v*) floruit poetica laude Cordubae.

Saeculo Eg. VII. *Abulvalid Ismail Ben Mohamad Ben Amer w*) edidit selecta carmina variorum poetarum Hispanorum, multis adnotationibus illustrata. — *Mehieldin Alarbi Alhatemi Althai x*) primus Arabum carmina decem versibus (العشرات) constantia composuit. Obiit Eg. 638. Chr. 1240. — *Abu Abdalla Mohamad Ben Isa Ben Asba Alazadita y*) scripsit 5 carmina, absoluta Eg. 614. Chr. 1217. de proprietatibus, virtutibus, vitiis mulierum et virorum; de indole et laudibus equorum; de camelis, de ouium proprietatibus et cura, de boum, asini et onagri indole et nominibus.

Incertae aetatis: *Maimon Alhuari z*) — *Abu Baker Mohamad Ben Isaac Ben Abdelmalek Ben Cuzman a*). — *Abu Giaphar Ahmed Ben Abdelrahman b*). — *Ahmad Ben Abdalla Ben Zaidun Abulvalid c*) poeta aeque disertus ac acutus, mordacissimus vero in carpendis vitiis hominum. — *Mohamad Ben Abdelaziz Alvarac Lakhamita d*) scripsit poema in Muhammedis laudem, cuius pentastichi a litera ا (Eliph) incipiebant. — *Ahmad Ben Abdrabboh e*) (بن عبد ربه) primus odarum auctor, cuius vestigia multi premebant, inter quos Cordubenses erant hi: *Abadat Ben Ma Alsama*, *Abu Baker Mohamad Ben Abadat Alcazozi*, *Abadat Ben Mohamad Alacra*, *Abu Baker Alabiadh*, *Abu Baker Ben Allabakat*, *Ebn Alphars*, *Abu Baker Ben Moluk*, *Dulvazratin Ebn Omar*, *Abulhokm f*). — *Ebn Badis g*) edidit carmen inscriptum *amicus et familiaris*, cuius versus in س (Sin) omnes desinebant. — *Abu Abdalla Mohamad Ben Abilkhasal Dulvazratin h*) scripsit carmen de genealogia Muhammedis. — *Abu Zaid Abdelrahman Algiadeni i*) auctor poematis de doctrina temporum. — *Mohamad Alsavi k*) quingentis versibus artis poeticae regulas poetice descripsit. Versus singuli

r) *Casiri* I. p. 100. s) *Casiri* I. p. 100. t) *Casiri* I. p. 102. u) *Casiri* I. p. 114. v) *Casiri* I. p. 122. w) *Casiri* I. p. 92. x) *Casiri* I. p. 122. y) *Casiri* I. p. 150. z) *Casiri* I. p. 96. a) *Casiri* I. p. 96. sed sine dubio hic idem est, quem inter poetas Cordubenses VI. Eg. saeculi e *Casiri* II. p. 77. laudauimus. b) *Casiri* I. p. 99. c) *Casiri* II. p. 155. d) *Casiri* I. p. 127. e) *Casiri* I. p. 127. *Herbelot* p. 10. — f) *Casiri* I. p. 128. g) *Casiri* I. p. 107. h) *Casiri* I. p. 117. i) *Casiri* I. p. 78. k) *Casiri* I. p. 81.

ſinguli deſinebant in ﻻ (Lam Elif). — *Abu Abdalla Ben Maimun l*). — *Abu Iſac Ben Abi Othman m*). — *Ebn Heſchan n*). — *Abu Abdalla Ben Ajud o*). —

Supereſt, vt recenſeamus philoſophos Cordubenſium, quo tamen philoſophorum nomine ſimul complectimur Ethicos, Politicos, Scholaſticos et Epiſtolographos *p*).

Saeculo Eg. V. *Abulualid Albagi q*) obiit Eg. 470. Chr. 1077. edidit opus ethicum, continens varia monita, quae ad religionem propagandam, pietatemque excolendam pertinebant. Fortaſſis eſt idem, quem *Caſiri* alio loco *r*) *Abulualid Soliman Ben Khalaph Albagi* appellat, cui epitomen diſciplinarum theologicarum tribuit, cuiusque autem mortem refert ad annum Eg. 474. Chr. 1081. — *Abulualid Ben Abdalla Ben Zaidun Almakhzumi s*) edidit epiſtolas et varia opera ſoluta et ſtricta oratione. Natus fuit Eg. 394. Chr. 1003. denatus Eg. 463. Chr. 1070. — *Dulvazratin Abi Abdalla Ebn Abilkhaſſal t*) floruit Eg. 500, auctor fuit epiſtolarum varii argumenti. — *Belbab Ebn Adel u*) ſcripſit de precibus Mahommedanorum. —

Saeculo Eg. VI. *Abulualid Mohammad Ebn Ahmad Ebn Mohammad Ebn Roſchd*, ſeu ſecundum alios *Abu Abdalla Mohammad Ben Omar Ben Roſchd*, latine dictus *Averroes* operam dedit iurisprudentiae, theologiae, phyſicae, medicinae, aſtrologiae et mathematicis diſciplinis ſummo et indefeſſo ſtudio *v*). Capite damnatus ob crimina haeretica, bonis priuatus et tandem in exſilium miſſus, quare maximam vitae partem Marocchi peregit, vbi literas et publice eſt profeſſus. Obiit tandem Eg. 603. Chr. 1225. vel ſecundum alios *w*) Eg. 595. Chr. 1198. optime meruit de toto literarum orbe. Longum eſſet, illius opera recenſere; hoc ſufficiat enumeraſſe, eum philoſophica opera Ariſtotelis in arabicum ſermonem conuertiſſe, commentariis illuſtraſſe, qua arabica verſione, latine reddita, antequam graecus textus Ariſtotelis eſſet repertus, Scholaſtici medii aeui ſunt vſi. Ipſe quidem graecam linguam ignoraſſe dicitur, atque vſurpaſſe verſionem antiquiorem *Alheigi Abu Ali* cuiusdam *x*), quae tamen ante *Averroes* tempora parum tan-

l) *Caſiri* I. p. 93. *m*) *Caſiri* I. p. 93. *n*) *Caſiri* I. p. 94. *o*) *Caſiri* I. p. 94. *p*) *Epiſtolas* enim quosque breuiores tractatus appellare ſolent Arabes et Iudaei. *Pocock* praefatio ad *Abi Jaafar Ebn Tophail.* p. 3. *Antonii* biblioth. vet. T. II. p. 405. — *q*) *Caſiri* I. p. 219 — *r*) *Caſiri* I. p. 524. *s*) *Caſiri* I. p. 106. — *t*) *Caſiri* I. p. 151. — *u*) *Caſiri* I. p. 223. — *v*) *Hottinger* hiſtoria Orientalis l. 2. c 7 §. 2 5. p. 551 559. *Fabricii* bibl. graec. T. XIII. p. 282. ed. Hamb. *Antonii* biblioth. Hiſp. T. 2. p. 240. *w*) v. c. *Herbelot* p. 719. — *x*) *Voſſius* de philoſophorum ſectis c. 17. §. 19. cf. *Abi Jaafar Ebn Tophail* edit. *Pocock* p. 18. 19. —

tum cognita fuiſſe videtur y). *Averroes* commentarii apud Chriſtianos mox in ſuſpicionem haereſeos vocati praecipue ab *Raymundo Lullo* illo, qui prae ſe ferens ſtudium ingens literarum bonarum promouendarum, Papum *Clementem* V, a. Chr. 1305. pontificem maximum creatum, incitauit, vt iuberet, in academiis Pariſienſibus, Oxonienſibus, Bononienſibus, et Salamanticis tradi linguam graecam, arabicam, hebraeam et chaldaicam z), ſimul autem obtinere quaeſiuit, vt *Averroes* commentarii incendio delerentur. — *Mohamad Ebn Alomaidi a*) ſcripſit veritatis inſtructionem de propoſitionum veritate. —

Incertae aetatis: *Abulabbas Akmad Ben Mohamad Ben Alariph b*) edidit librum de virtutibus moralibus. — *Muhammad Ben Salamah Ben Abdalla Alcothai c*) collegit ſententias Arabum ad morum doctrinam pertinentes. — *Abu Baker Ben Tophail d*).

Talis eſt recenſus virorum doctorum Cordubenſium, quem plerumque e *Caſirio*, ſed etiam ex aliis auctoribus colligere operae pretium duximus. Iam ſequatur catalogus praecipuorum praeceptorum academiae Cordubenſis.

Iſmail Ben Alcaſſem, vulgo *Abu Ali Alcali*, natus in oppido منار جرد (Manur Giord) prope Bagdadum Eg. 288. Chr. 900, Cordobam venit Eg. 330. Chr. 941. vt ibi traderet rhetoricam. Deceſſit Eg. 356. Chr. 966. Reliqua de eo iam enarrauimus in recenſu grammaticorum et rhetorum Cordubenſium Eg V. ſaeculi. — *Abdalla Ben Abraham Ben Giaphar Alamui e*) vulgo *Abu Mohamad Alaſili* lucem adſpexit in vrbe شذونة, i. e. Medina Sidonia. *Alhakem*, fautor literarum eum acciuit Cordobam, vt ibi ius doceret. Obiit Eg. 392. Chr. 1001. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Abi Zamanin f*) natus in vrbe Almeria Eg. 324. Chr. 935. ſummo ſtudio Cordubae literis incubuit, ibique poſtea theologiam et iuriſprudentiam docuit. Tandem praefecturam Illiberis obtinuit, qua fato functus eſt Eg. 398. Chr. 1007. — *Abbas Ben Octaba Alhamdani g*) vulgo *Ebn Alſaca* ex oppido اقليم البصل i. e. Cebolla, vbi et morti ſuccubuit Eg. 414. Chr. 1023. poſtquam cum

y) *Henr. Hottinger* bibl. quadrip. p. 271 ſq. *Antonii* bibl. Hiſp vet. T. II. p. 392. *Caſiri* I. p. 184. — z) *Henke Kirchengeſchichte* Th. II. p. 571. — a) *Caſiri* I. p. 193. b) *Caſiri* I. p. 219. c) *Caſiri* I. p. 225. d) *Caſiri* I. p 203. ſiue hic idem eſt, qui ille ſupra laudatus *Ebn Jaafar Ebn Tophail*, qui in opere ſuo fingit aliquem *Hajan Yocdhani*, e terra natum in inſula quadam inhabitata, abaque commercio hominum, et ſine praeceptore multa artificialia naturae ſolo ducta didiciſſe? Auctor erat coaeuus Averrois obiitque Eg. 571. Chr. 1175. cf *Hottinger* bibl quadrip. p. 270 *Antonii* bibl. T. II. p 405. Opus arabicum ex editione Oxonienſi germanice reddidit Cel. *Ioh. Godofr. Eichhorn* Berol. 1783. Nonnulli Hiſpalim patriam Tophaili faciunt. — e) *Caſiri* II. p. 137. f) *Caſiri* II, 88. g) *Caſiri* II. p. 246.

cum inſigni laude literas humaniores profeſſus erat. — *Ahmad Ben Said Ben Ali Alcanthari h*), vulgo *Ebn Alhagial*, Gaditanus, ſtudiis vacabat in academia Cordubenſi, in qua poſtea et ius tradidit. Obiit Hiſpali Eg. 428. Chr. 1036. — *Abdalla Ben Mohamad Ben Said Alamui i*) docuit Cordubae iurisprudentiam. Obiit Eg. 461. Chr. 1068. octogenarius. — *Abdelrahman Ben Mohamad Abulmothrepti k*) Toleti natus Eg. 389. Chr. 999. iam iuuenis Cordubam miſſus ad medicinam et iurisprudentiam animum applicauit ita, vt magiſterii laurea donatus vtramque diſciplinam publice ibi traderet. Obiit Eg. 467. Chr. 1074. — *Soliman Ben Khalaph Ben Sad Ben Ajub Altagibi l*) vulgo *Abulvalid Albagi* natus Eg 403. Chr. 1012. in vrbe Beja *m*) i. e. Pax Auguſta. Cordubae ad Praetoris dignitatem euectus, iura profitebatur publice. Tandem Almeriae deceſſit vita Eg. 474. Chr. 1081. — *Ebn Serage*, *Ben Atab*, *Abi Bahr* et *Abilvalid n*) iurisconſulti Cordubenſes, qui circiter anno Eg. 500. ſummam ſibi gloriam comparauerant. *Abdalla Ben Joſeph Ben Geuſchan o*) ex vrbe دروقة et philologiae et medicinae ſcientia clarus, Cordubae medicinam docuit, ibique fato periit Eg 514. Chr. 1120. — *Obaidalla Ben Abdelrahman Abu Maruan p*) vulgo *Alcaiſal* in patria ipſa Cordoba rhetoricem profitebatur. Obiit anno aetatis centeſimo in oppido Oſuna اشونة Eg. 593. Chr. 1196. — *Obaidalla Ben Mohamad Ben Alvalid q*) alias *Almazhagi*, Bigae natus, Cordobae vixit, ibique medicinam docuit, qua de doctrina et plura opera reliquit. Obiit Eg. 612. Chr. 1215. —

§. 2. *De academia Granatenſi.*

Vrbs Granatae regia conſtituta eſt ab *Alhageb Abu Mothi Zavi Ben Ziri Ben Manad Alſunhagi a*) vulgo *Almanſare* a. Eg. 403. Chr. 1012. Inde a temporibus *Aben Huti* Eg. 617. Chr. 1220. continuam principum ſeriem obtinuit, et variis diſcriminibus rerum, multis praeſertim bellis, cum regibus Caſtiliae geſtis, vsque ad annum Eg. 898. Chr. 1492. ſuis legibus obtemperabat. Hoc autem anno vrbs Granatae a principe *Abu Abdalla* regi *Ferdinando* tradita et ſimul res Muhammedanorum in Hiſpania euerſae ſunt *b*).

Quid autem ſtatuamus de tempore conſtitutionis Granatenſis academiae? Veriſimile eſt, originem eius cadere in finem Saeculi 11^{mi},

h) *Caſiri* II. p. 141. *i*) *Caſiri* II. p. 143. *k*) *Caſiri* II. p. 131. *l*) *Caſiri* II. p. 142. *m*) Non erat Africanus ex vrbe Begiah, vt *Herbelot* p. 169. contendit, nominis ſimilitudine deceptus. — *n*) *Carſii* II p. 132. *o*) *Caſiri* II. p. 128. *p*) *Caſiri* II. p. 130. *q*) *Caſiri* II. p. 130. *a*) *Caſiri* II. p. 255. *b*) *Ferreras* VIII. p. 132.

11^mi^, hoc enim tempore publicos Granatae doctores reperimus apud fcriptores arabes et auctorum arabicorum hanc vel illam literarum partem excolentium magnum numerum. Caeterum iam ante hoc tempus viros literarum ftudio claros in imperio Granatenfi floruiffe non fum, qui negem; nam Arabes mox poft inuafionem regionis per omnem Hifpaniam diffipati funt. Ita literarum amorem eos et in regnum Granatenfe tuliffe, non abfurdum videri poteft.

Iam afferamus indicem praecipuorum Granatae virorum doctorum.

Theologi Granatenfes.

Saeculo Egirae V. *Abu Mohamad Abdalla Ben Aluafchi c*) edidit opus ethico-politicum de Alcorano. Obiit Eg. 487. Chr. 1182.— *Ebn Athia d*) natus effe dicitur Eg. 481. Chr, 1086., auctor ampli commentatii in Coranum. —

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Said Ben Ali Alanfari Abu Abdalla e*) alias *Altharraz*, clarus Corani interpres, qui in opere fuo non minorem eruditionem, quam ftili nitorem exhibuit. Deceffit e vita Eg. 645. Chr. 1247. — Maximas fingularis doctinae in literis theologicis laudes duo monachi Suphitae *) fibi comparauerunt, quamquam fcriptis, quod fciam, non claruerunt; nempe *Mohamad Ben Abrahim Ben Mohamad Alanfar f*), vulgo *Alfanna*, qui obiit Eg. 749. Chr. 1343. et *Mohamad Ben Ahmad Alanfar*, vulgo *Almauac*, qui Eg. 703. Chr. 1303. moriebatur. — *Athireddin Mohamad Ben Jofeph g*) cognomento *Abu Hajan*, natus Eg. 652. Chr. 1254. obiit Cairi Eg. 745. Confcripfit commentarium doctiffimum in Coranum, quo et multa de interpretandi ratione et de lectione Corani recte inftituenda differebat —

Saeculo Eg. VIII. *Omar Ben Ali Ben Atik h*), quamquam natus Eg. 667. Chr. 1268. tamen a nobis octauo Egirae faeculo adfcribitur, quia, fenex, poftquam aulam et militiam effet fecutus, fe Suphitarum inftituto deuouit atque deo et literis totum fe tradidit. Obiit demum Eg. 744. Chr. 1343. relictis multis operibus afceticis.

Incertae aetatis: *Jahia Ben Abdalla Mohamad Ben Ahmad i*) auctor prolegomenorum in Coranum. — *Omar Abu Ali Ben Mohamad Ben Khalil Alfecuni k*) acerrimus Corani dogmatum fectator, qui cenfura

c) *Cafiri* I. p. 504 d) *Cafiri* I. p. 489. e) *Cafiri* II. p. 81. *) Suphitae monachorum Mohammedanorum genus, in vrbibus degentium. Nomen deriuandum a صوف, veftes enim e lana confectas vfurpabant. Poft annum Egirae 200 demum orti effe videntur, tum autem mirum in modum aucti. *Golius* p. 1391. *Cafiri* I. p. 219. 222. II. p. 33. 341. f) *Cafiri* II. p. 93. g) *Cafiri* I. p. 186. h) *Cafiri* II. p. 112. i) *Cafiri* I. p. 503. k) *Cafiri* I. p. 499.

censura dogmatica *Zamkhaschraei* commentarios in Coranum acerbe notabat, auctoremque tanquam haereticum Motozelitum proscribebat. —

Iurisconsulti Granatenses.

Saeculo Eg. III. *Abdelmalek Ben Habib Alsalami l*) ex vrbe Hosn Vath (حصن واط) non procul a Granata, omnibus fere disciplinis egregie excultus, quarum tamen libris suis editis praecipue tantum theologiam, historiam et iurisprudentiam adornauit. De iuridicis suis operibus nominandi sunt libri de iure gentium et moribus et de iure vtroque in Corano. Obiit Eg. 289. Chr 901. —

Saeculo Eg. IV. *Malek Ben Mophdhel Ben Rozaic Alnamairi m*) natus Eg. 484. Chr. 1091. — *Moabad Ben Alcama Ben Nasser Alchabani n*) obiit praetor Cordubensis Eg. 320. Chr. 932. —

Saeculo Eg. VI. *Ali Ben Abrahim Ben Ali o*) vulgo *Ebn Alcaphas* magni nominis iurisperitus, sed etiam historicus non contemnendus, natus Eg. 555. Chr. 1160. obiit Eg. 632. Chr. 1234. — *Ali Ben Mohamad Ben Abrahim Ben Abdelrahman Aldahac p*) vulgo *Ben Albacri* scripsit de iure ciuili et canonico et alia opera multa philosophiam spectantia. Periit in itinere, vrbem Cadix petens Eg. 557. Chr. 1162. — *Abdelmalek Ben Mohamad Arisaeus q*) vulgo *Ebn Alhamami* ob egregios progressus in literis iuridicis praeturae Almuñecaris, Loxae et Quesadae ei tradebantur. Decessit Granatae Eg. 591. Chr. 1194. — *Abdalla Ben Thulha Ben Athia Almoharebi Abu Baker r*) praefuit Granatae et Almeriae. Ortus est Eg. 511. Chr. 1117. obiit Eg. 578. Chr. 1182. — *Abdalla Ben Jahia Ben Hani Lakhamita s*) doctrina eximia clarus. Obiit Eg. 605. Chr. 1208. — *Abdalla Ben Mohamad Ben Abdelsalam Aba Mohamad Alkazli t*) periit incendio domi Eg. 574. Chr. 1178. — *Abdalla Ben Mohamad Ebn Alhassan Alkhazragita u*) vulgo *Ebn Alhalla* praetor vrbis Almuñecar, decessit e vita Eg. 526. Chr. 1131. —

Saeculo Eg. VII. *Abulabbas Ben Alschath Albagiai v*) commentaria de iure canonico publicauit. — *Salmun Ben Ali Abulcassem w*) praetor Granatensis scripsit egregium opus de hereditate. Floruit Eg. 685. Chr. 1286. — *Abdelrahman Ben Ahmad Ben Athia x*) vulgo *Altanesi*, obiit Eg. 684. Chr. 1285. —

Saeculo

l) *Casiri* I. p. 107. m) *Casiri* II. p. 118. n) *Casiri* II. p. 118. o) *Casiri* II. p. 121. p) *Casiri* II. p. 112. q) *Casiri* II. p. 121. r) *Casiri* II. p. 119. s) *Casiri* II. p. 119. t) *Casiri* II. p. 119. u) *Casiri* II. p. 119. v) *Casiri* I. p. 449. w) *Casiri* II. p. 115. x) *Casiri* II. p. 120.

Saeculo Eg. VIII. *Abu Giaphar Mohamad y*) poetice de iurisprudentia ſcripſit Eg. 790. Chr. 1387. — *Mohamad Ben Ahmad Ben Hart Alhahbita z*) excelluit in cognitione linguae arabicae, in literis theologicis, iuridicis et hiſtoricis. Scripſit opera ius ſpectantia haec: de iure canonico; controuerſias forenſes; Canones ſecundum ſcholarum, Malakiticae, Schafeiticae, Hanaphiticae et Hanbaliticae placita. Obiit Granatae Eg. 741. Chr. 1340. — *Mohamad Ben Ali Ahmad Alkhulani Abu Abdalla a*) claruit ſcientia, vſu et interpretatione legum Hiſpaniae. Auctor fuit libri de verborum ad ius pertinentium ſignificatione. Fato defunctus eſt Eg. 754. Chr. 1353. —

Saeculo Eg. IX. *Mohieldin Mohamad Ben Abraham Ben Fahrun b*) abſoluit opus ſuum de controuerſiis forenſibus Eg. 811. Chr. 1408.

Incertae aetatis: *Abu Bakr Ben Mahmud c*). — *Abu Abdalla Mohamad Ben Abdalla d*) vulgo *Almoknaſi*, edidit tractatum de officio iudicis cauſarum criminalium. — *Naſſereddin Alzarcani e*) vulgo *Ebn Figilaji* commentator iuridicus. — *Abu Abdalla Mohamad Ben Ali Alphakhar f*). — *Abu Mohamad Abdalla Ben Abi Zaid Alcairvani g*). — *Abu Ali Manſor Ebn Ahmad Ebn Abdelhac Alſchadeli h*) commentator iuridicus — *Abu Iſaac Abraham Ben Abdelrahman i*) praefectus Curiae Granatenſis regius, edidit deciſiones legales ad forenſes actiones et contractus pertinentes et iuris ciuilis deciſiones ſecundum Arabum Hiſpanorum leges et conſuetudines. —

Medici, hiſtoriae naturalis, Chemiae ſcriptores Granatenſes.

Saeculo Eg. VI. *Abdelrahman Ben Ahmad Abu Giaphar k*) alibi *Ebn Alcaſiri* ſcripſit hiſtoriam naturalem Granatae. Interfectus eſt Eg. 576. Chr. 1180. —

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Abraham Ben Abdalla Ben Rubil l*) vulgo *Ebn Aſarragi* natus Eg. 654. medicus regis Granatenſis *Mohammedis Ben Mohammedis*, medicinam experimentis et libris illuſtrauit. Denatus Eg. 730. Chr. 1329. — *Iſa Ben Ali Haſſan Aſadita m*) ſcripſit opus de re accipitraria et venatoria, quo hiſtoriam naturalem quadrupedum et auium abſoluit.

Saeculo Eg. VIII. *Galeb Ben Ali Ben Mohamad Aſcuri n*) alias *Abu Tamam* Cairi medicinae ſtudebat, tum in patria archiater electus, poſtea Feſſae tributis praefuit. Denique obiit Septae Eg. 741. Chr. 1340. multis ſcriptis clarus. — *Jahia Ben Ahmad Ben Hazil Abu*

y) *Caſiri* I. p. 471. z) *Caſiri* II. p. 79. 80. a) *Caſiri* II. p. 80. b) *Caſiri* I. p. 461. c) *Caſiri* I. p. 480. d) *Caſiri* I. p. 468. e) *Caſiri* I. p. 467. f) *Caſiri* I. p. 455. g) *Caſiri* I. p. 78. h) *Caſiri* I. p. 465. i) *Caſiri* I. p. 457. 459. k) *Caſiri* II. p. 131. l) *Caſiri* II. p. 87. m) *Caſiri* I. p. 321. n) *Caſiri* II. p. 113.

Abu Zacharia o) poeta, orator, philoſophus, aſtronomus, mathematicus et medicus. Scripſit de medicamentorum delectu; de criſi morborum; obſeruationes periti medici. Obiit Granatae Eg 753. Chr. 1352. — *Jahia Ben Ahmed Ebn Edden p)* edidit librum de re medica, ad vſum examinis, quo medicorum in regno Granatenſi vires excuti ſolebant. Traditum eſt opus *Albuhacemo* regi Eg. 719. Chr. 1319. —

Incertae aetatis: *Siekuhr Sachmens* ſcripſit de remediis morborum omnium partium humani corporis *q)*. — *Iſaac Ben Caada el Lauxi r)*, Granatenſis, ſcripſit de re medica.

Mathematici, Geographi et Aſtronomi Granatenſes.

Saeculo Eg. IV. *Mothreph Ben Iſa Algaſſani Abu Abdelrahman s)* chronographus et geographus magnus. Audiuerat viros doctos et in Africa et in Hiſpania. Regis *Alhakemi* iuſſu confecit deſcriptionem Illiberis. Obiit Eg. 377. Chr. 987.

Saeculo Eg VI. *Mohamad Ben Alhoſſain Ben Zaid Abu Alualid t)* vulgo *Algapheki*, magnus arithmeticus. Obiit quaeſtor Granatenſis Eg. 588. Chr. 1192. — *Mohamad Ben Abdelrahman Abu Abdalla u)* alias *Ebn Alcateb* enituit arithmetica et geometria, de quibus diſciplinis et opera ſcripſit. Granatae praefuit per nonnullos annos et aere ſuo baſilicam iuridicam ibi exſtruxit et templa inſtaurauit. Obiit Eg. 607. Chr. 1210. —

Saeculo Eg. VII. *Abi Abdalla Mohamad Ben Abi Schaker v)* edidit inſtitutiones aſtronomicas, chronologicas et geographicas tabulis exornatas. —

Incertae aetatis: *Abi Othman Said Ben Mohamad Alocbani w)* commentator librorum arithmeticorum. — *Abi Alabas Ahmad Ben Mohamad Ben Othman Azadita x)* vulgo *Ebn Albonna* Marochi publice profitebatur diſciplinas mathematicas, ibique tabulas aſtronomicas vulgauit. Fortaſſis idem eſt, quem *Caſiri* alio loco *y)* nomine *Abilabbas Ben Othman Ben Albanna* memorat, cuique libellus de iudiciis ex eclipſibus adſcribitur. Idem et in arithmetica et in theologia excelluit *z)*. — *Ali Ben Mohamad a)* vulgo *Alcalſadi* ſcripſit de arithmetica et algebra. — *Mohamad Abi Baker Altalmaſani b)* auctor deſcriptionis hiſtorico-geographicae Medinae, Meccae et Hieroſolymae. —

o) *Caſiri* II. p. 117. p) *Hottinger* append. biblioth. oriental. p. 14. *Antonii* bibl. hiſp. vet. T. II. p. 407. q) *Antonii* bibl. T. 2. p. 410. r) *Antonii* bibl. T. II. p. 407. s) *Caſiri* II. p. 147. t) *Caſiri* II. p. 91. u) *Caſiri* II. p. 91. v) *Caſiri* I. p. 369. w) *Caſiri* I. p. 370. x) *Caſiri* I. p. 369. *Fabricii* bibl. graec. III. p. 479. y) I. p. 352. z) *Caſiri* I. p. 380. 530. a) *Caſiri* I. p. 289. b) *Caſiri* I. p. 118.

Historici Granatenses.

Saeculo Eg. VI. *Abdelrahman Ben Ahmad Abu Giaphar c)* cognomento *Ben Alcasiri*, idem quem supra inter historiae naturalis scriptores laudauimus. Edidit vitas virorum illustrium, historiam literariam Granatae et alia eiusmodi opera. Interfectus est Eg. 576. Chr. 1180. — *Jahia Ben Mohamad Abu Baker d)* vulgo *Ben Alsairaphi* scripsit Almorabitarum, quam ad annum 569 perduxit, historiam, quae et alias regum Hispaniae res complectebatur. Obiit Eg. 570. Chr. 1174. — *Mohamad Ben Khaled Abu Abdalla e)* vulgo *Ebn Zamanim*, iurisconsultus et historicus magnus, decessit Malacae Eg 602. Chr. 1205. — *Mohamad Ben Mohamad Ben Abrahim Abulcassem* ortus in oppido Novales نوالش, in regno Granatensi, orator nobilis et historicus, decessit e vita Eg 620. Chr. 1223. — *Ali Ben Abrahim Ben Sali g)* vulgo *Ebn Alcaphas* in epitomen contraxit *Ben Hajani* Hispaniae annales. Natus est Eg 555. Chr. 1160. obiit Eg 632. Chr. 1234. — *Mohamad Ben Abdelrahman Algassani Abu Abdalla h)* descripsit carminibus vitas Arabum illustrium. Natus Granatae Eg 568. Chr. 1172, obiit Murciae Eg. 619. Chr. 1222.

Saeculo Eg. VII. *Aticus Ben Ahmad Algossani Abu Baker i)* vulgo *Ebn Alpharca* praefuit oppido Almuñecar et edidit annales Granatae regum. Obiit Eg. 690. Chr. 1291.

Saeculo Eg. VIII. *Abu Mohamad Ben Abdelhalim k)* floruit Eg. 726. Chr. 1325. edidit annales Mauritaniae, in quibus regum seriem et vrbes ab iis conditas recensuit. — *Abu Abdalla Mohamad Ben Alkhatib l)* edidit praeter alia multa bibliothecam arabico-hispanam 1 partibus distributam et de causis et remediis pestis, quae Eg. 749. Granatam afflixit. — *Ali Ben Abdelrahman Ben Hozil m)* scripsit de viris bellica laude claris et de ingressu Mauritanorum in Hispaniam. Floruit Eg. 763. Chr. 1361. — *Mohamad Abu Abdalla Alahhamita n)* auctor thesauri historici scientiarum, absoluti Eg. 793. Chr. 1390. —

Incertae aetatis: *Abdalla Ben Alkathib o)* auctor historiae Granatae.

Grammatici, Lexicographi, Rhetores Granatenses.

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Ahmad Abi Khaithama p)* vulgo *Aba Alhassan* Grammaticus et rhetor insignis, decessit Eg. 540. Chr. 1145. — *Musa Ben Abdelrahman q)* vulgo *Alhomairi* grammaticus et philologus insignis natus Eg. 557. Chr. 1161; decessit Eg. 631. Chr. 1233. —

Saeculo

c) *Casiri* II. p. 104. 151. d) *Casiri* II. p. 118. e) *Casiri* II. p. 124. f) *Casiri* II. p. 125. g) *Casiri* II p. 111. h) *Casiri* II. p 88. i) *Casiri* II. p. 109. k) *Casiri* II. p. 159. l) *Casiri* II. p. 71. 334. m) *Casiri* II. p. 29. n) *Casiri* II. p. 70. o) *Casiri* II. pag. 26. p) *Casiri* II. p. 75. q) *Casiri* II. p. 118.

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Joseph Ben Ali Ben Hajan Athiveldin r*) vulgo *Abu Hajan* princeps grammaticorum sui aeui, natus Eg. 652. Chr. 1254. Cairi rhetoricam docuit, ibique deceſſit Eg. 745. Chr. 1344. — *Abu Iſaac Abdelſalam Alſanhagi s*), vulgo *Alathar* auctor grammaticae, obiit Eg 726. Chr. 1325. — *Badreddin Abu Abdalla Mohamad Ben Malek t*), edidit inſtitutiones rhetoricas. — *Mohamad Ben Said Ben Ali Alanſari Abu Abdalla u*) alias *Altharraz* interpres Corani grammaticus, deceſſit Eg. 645. Chr. 1247.

Saeculo Eg. VIII. *Ali Ben Iſſa v*) floruit Eg. 737. Chr. 1336. commentator grammaticus. — *Abuzaid Abdelrahman Ebn Ali Ben Saleh Almacudi w*) natus Eg. 736. Chr. 1335. Obiit Feſſae Eg. 807. Chr. 1404. philologus et grammaticus clarus. — *Mohamad Ebn Aſſameldin x*) floruit Eg. 715. Cairi, grammaticus commentator variorum carminum. — *Athireldin Abu Hian Mohamad Ben Hajan Ben Joſeph y*) fato defunctus eſt Eg 745. Chr 1344. auctor commentarii 10 voluminibus conſtantis in *Ben Maleki* opus grammaticum. —

Saeculo Eg IX. *Sohamſeddin Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Alanſari z*) vulgo *Alraji*, floruit Granatae Eg. 842. Chr 1438. —

Incertae aetatis: *Ahmad Ben Ali Ben Abdelrahman a*) *Almangiuri* Granatenſis, Feſſae vixit, auctor commentariorum grammaticorum. — *Mula Haſſan Alcori b*) commentator operum rhetoricorum. —

Poetae Granatenſes.

Saeculo Eg. VI. *Abdalla Ben Abdelrahman Abu Mohamad c*) multa ſcripſit ſoluta et ſtricta oratione. Obiit Eg. 587. Chr. 1191. — *Abdelmenem Ben Mohamad d*) vulgo *Ebn Alpharas* natus Eg. 524. Chr. 1129. auctor multorum carminum, obiit Eg. 597. Chr. 1200. — *Ebn Baker Abdelrahman Ben Ali Ben Maſſad Alameri e*) obiit Eg. 600. Chr. 1203. —

Saeculo Eg VII. *Abu Haſſan Ben Bia f*) poetice deſcripſit bellica arma et tormenta Hiſpanorum, claruit Eg 671. Chr. 1272. — *Abu Saad g*) collegit variorum poetarum opera. — *Abdalla Ahmad Ben Ali Ben Khamat Anſar Almerin h*) poeta clarus. — *Jahia Ben Mohamad Alkhaſali i*) condidit poema in laudem diuinae prouidentiae. — *Ali Ben Mohamad Abulhaſſan Alanſar k*) vulgo *Ebn Algiab* natus Eg. 663. Chr. 1264. ſcripſit multa carmina. Deceſſit e vita Eg 749. Chr. 1348. — *Sahl Ben Mohamad Ben Malek Abulhaſſan l*) obiit Eg. 639. Chr. 1241. reliquit varia carmina valde celebrata. —

r) *Caſiri* II. p. 81. s) *Caſiri* I. p. 52. t) *Caſiri* I. p. 58. u) *Caſiri* II. p. 81. v) *Caſiri* I. p. 53. w) *Caſiri* I. p. 3. 33 x) *Caſiri* I. p. 4. y) *Caſiri* I. p. 14. z) *Caſiri* I. p. 37. a) *Caſiri* I. p. 61. b) *Caſiri* I. p. 56. c) *Caſiri* II. p. 102. d) *Caſiri* II. p. 106. e) *Caſiri* I. p. 98. f) *Caſiri* I. p. 105. g) *Caſiri* I. p. 107. h) *Caſiri* I. p. 118. i) *Caſiri* I. p. 153. k) *Caſiri* II. p. 110. l) *Caſiri* II. p. 94. 115.

Saeculo Egirae VIII. *Mohamad Ben Mohamad Alnemui Aba Abdalla m*) poeta clarus, obiit Eg. 730. Chr. 1329. — *Mohamad Ben Ahmad Ben Abraham Ben Alzebairi Abu Omar n*) excellentissimus poeta, obiit Eg. 765. Chr. 1363. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Abrahim Alnemahiri Abu Amru* o) orator et poeta elegans. In viuis erat Eg. 760. Chr. 1358. -- *Abdalla Ben Ali Abu Mohamad Ben Salmun p*) natus Eg. 669. Chr. 1270. denatus Eg. 741. Chr. 1340. clarus poeta et rhetor. — *Abdelrahman Ben Abdelmalek Alianschat q*) poeta satiricus, obiit Eg. 750. Chr. 1349. — *Ali Ben Mohamad Ben Abdelhac r*) vulgo *Ben Alsabagh* auctor variorum carminum, obiit Eg. 758. Chr. 1356. —

Incertae aetatis: *Abu Baker Alkotandi s*) — *Abulhassan Mothreph Ben Mothreph t*). — *Abu Baker Mohamad Ben Thaliat u*). — *Haphsat Ben Alhagi Alrekuni v*). —

Philosophi Granatenses.

Saeculo Eg. V. *Abdalla Ben Phasghius Ben Gazlon w*) alias *Ebn Alassal* scripsit de virtutibus et vitiis, obiitque Eg. 487. Chr. 1094. —

Saeculo Eg. VIII. *Abu Bahar Ebn Chalson x*) philosophus, astrologus et medicus, obiit Eg. 828. Chr. 1424. — *Abu Abdalla Mohamad Ben Marzuc y*) commentator doctissimus *Avicennae*, obiit Eg. 781. Chr. 1379. —

Saeculo Eg. IX. *Abdalla Mohamad Ben Joseph Alsenusi Alhasui z*) scripsit commentarium in opera metaphysica *Fakhreddini Razaei*, quo simul exponebat de deo, eius attributis, de anima et reliq. secundum morem Scholasticorum. Floruit Marochi Eg 875. Chr. 1470.

Incertae aetatis: *Mohamad Ben Schariph Alhasbati a*) auctor operis de logica. — *Abulsapha Ben Abi Albanna Alhossaini b*) scripsit de religione. — *Ebn Altalmasani c*) scripsit commentarios in theologiam scholasticam. — *Abdelrahman Ben Mohamad Ebn Khaldun Alhadrami d*) theologiam dogmaticam phisophice tractauit. — *Ali Ben Hassan Alhossaini e*) edidit lexicon theologicum.

Sequatur catalogus praeceptorum doctorumque in Academia Granatensi florentium:

Iam quinto Egirae saeculo Granatae iuris doctor et professor floruisse dicitur *Abdelrazac Ben Giaber Ben Soliman Ben Alnas f*), ortus in oppido Nouales regni Granatensis. — *Ali Ben Ahmad Ben* *Khalaph*

m) *Casiri* II. p. 80. *n*) *Casiri* II p. 86. *o*) *Casiri* II. p. 91. *p*) *Casiri* II. p. 99. *q*) *Casiri* II. p. 105. *r*) *Casiri* II. p. 110. *s*) *Casiri* I. p 94 *t*) *Casiri* I p 99 *u*) *Casiri* I. p. 100 *v*) *Casiri* I. p. 102. *w*) *Casiri* II p. 105 *x*) *Hottinger* bibliothecar. quadrip. p. 286. *Antonii* biblioth. T. II. p. 386. *y*) *Casiri* II. p 188. *z*) *Casiri* II. p. 203 *a*) *Casiri* I. p. 198. *b*) *Casiri* I. p. 518 *c*) *Casiri* I. p 527. *d*) *Casiri* I. p. 540. *e*) *Casiri* I. p. 540. *f*) *Casiri* II. p. 121.

Khalaph Abulhassan g) vulgo *Albadisch* doctor et professor iuris, qui et de re grammatica libros edidit. Decessit Granatae Eg. 528. Chr. 1133. — *Ali Ben Mohamad Ben Abrahim Ben Abdelrahman Aldahac h)* vulgo *Ben Albakri* Granatensis iuris doctor et professor multa opera iuridica, historica, philosophica scripsit. Obiit Eg. 557. Chr. 1161. vrbem Cadix petens, in itinere. — *Jahia Ben Mohamad Ben Ahmad Alhozli i)* Tudelanus (تطيلة) natus Eg. 559. Chr. 1163. Granatae tradidit grammaticam et rhetoricam, deinde ad historiae studium se conuertit. Obiit Eg. 629. Chr. 1231. — *Jahia Ben Abdelrahman Ben Rabii Alaschkarita k)* vulgo *Abu Amer* Malacitanus, magnus Hispaniae doctor et praeses studiorum in regio Granatensi gymnasio, deinde Cordubae et Granatae praetor. Obiit Malacae Eg. 657. Chr. 1239. — *Abdalla Ben Alhassan Alansaraeus l)* Malacitanus, magnus interpres Corani et eximius poeta fuit. Vicesimo anno vitae iam rhetoricam et poeticen Granatae docuit. Scripsit de iure canonico; de arte poetica; rhetoricas exercitationes et lusus poeticos. Decessit Eg 6 6. Chr. 1258. Praeceptoribus Granatae vsus est: *Giapharaeo Ben Alhakemi* professore tum rhetorices et poetices et *Jahia* Matritensi, professore philosophiae *m)*. — *Mohamad Ben Abdelmalek Ben Tophilus n)* cognomento *Abu Baker* natus in vrbe Cadix. Omnibus fere disciplinis aeque erat excultus, nam rhetor, poeta, philosophus, medicus, iurisconsultus, mathematicus et historicus magni nominis. Granatae profitebatur medicinam, de qua et libros edidit. Decessit Marochi Eg. 581 Chr 1185. vbi, rege funus comitante, sepeliebatur. — *Fadhl Ben Mohamad Abulhassan Almoapher o)* doctor et professor iuris, obiit Eg. 699. Chr. 1299. — *Mohamad Ben Abraham Ben Mohamad Alavasi p)* vulgo *Ben Aldabag* Hispalensis humaniorum literarum doctus et magni nominis theologus et iurisconsultus. In regio Granatensi collegio iurisprudentiam praelegit, in collegio *Azrae filii* theologiam. Multa opera edidit. Fato defunctus est Eg. 668. Chr. 1269 — *Mohamad Ben Mohamad Ben Mohareb Alsarikhs Abu Abdalla q)* vulgo *Ebn Abilgeischi.* Granatae ius publice tradidit. Obiit Malacae Eg. 707. Chr. 1307. — *Mohamad Ben Abraham Ben Ahmad Alavasi r)* vulgo *Aba Abdalla Ebn Alracam*, Murcianus, medicinam docuit Granatae, quam et libris scriptis decorauit. Etiam arithmeticus, astronomus et geometra fuit haud infimi ordinis. Obiit Eg. 715. Chr. 1315. — *Abu Giaphar Alrauthi* professor medicinae Murcianus et

g) *Casiri* II. p. 109. h) *Casiri* II. p. 121. i) *Casiri* II. p. 118. k) *Casiri* II. p. 117. l) *Casiri* II. p. 100 m) De vtroque cf. *Casiri* II p. 100. n) *Casiri* II. p. 76. o) *Casiri* II. p. 114. p) *Casiri* II. p. 82. q) *Casiri* II. p. 85. r) *Casiri* II. p. 82.

et *Abilhassen Ebn Alsajeg s*) Hispalensis, professor literarum humaniorum floruerunt Granatae circa annum Eg. 730. Chr. 1329. — *Mohamad Ben Ali Ben Hani Abu Abdalla t*) Septanus, oratoris nomen sibi comparauit, Granatae docuit rhetoricam et poeticam. Obiit Eg. 733. Chr. 1332. multa opera relinquens. — *Ali Ben Omar Alcanani Alkigiathi u*) Bazae natus Eg. 650. Granatae profitebatur literas humaniores et iurisprudentiam. Obiit Eg. 730. Chr. 1329. — *Faragius Ben Cassem Ben Ahmad Ben Lebi Abu Said v*) Granatensis, theologus et iurisconsultus; in regio Granatensi collegio Canones praelegit, cuius instituti mox praefectus creatus est. Obiit Eg. 733. Chr. 1332. — *Ali Ben Ahmad Ben Mohamad Alhasni w*) natus in oppido Petrosis (بطرشيش) regni Malacitani, Granatae profitebatur rhetoricam et poesin, qua in vrbe et exstinctus est Eg. 750. Chr. 1349. — *Mohamad Ben Ahmad Ben Ali Alansar Abu Abdalla x*) cognomento *Ebn Koral* literis studuit Granatae, ibique grammaticam docuit, tum in patriam redux Malacam, ibi rhetoricam professus est. Obiit Eg. 750. Chr. 1349. — *Mohamad Ben Abrahim Ben Ali Ben Bacchus y*) alias *Aba Abdalla* bonas artes Granatae docuit. Decessit Eg. 752. Chr. 1352. — *Mohamad Ben Ai Ahmad Alkhnlani Abu Abdalla z*) magnus iurisconsultus, Granatae grammaticam publice docuit. Obiit Eg. 754. Chr. 1353. — *Mansor Ben Abdalla Alzuavi a*) insignis philosophus, theologus et mathematicus, rhetoricam, philosophiam et iurisprudentiam Granatae publice tradidit. Demortuus est Eg. 757. Chr. 1356. — *Abdalla Ben Mohamad Ben Giazi b*) professor iuris, Granatensis. Coaeuus fuit *Mohamad Ben Abdalla Ebn Alkhatib c*), qui opus suum historico-literarium Eg. 763. in lucem edidit. — *Schamseddin Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Alansari d*) vulgo *Alreji* Eg. 842. Chr. 1438. professor literarum humaniorum Granatae floruit. — *Abdalla Ben Abrahim Ben Tadmir Ahagiari e*) ex vrbe Guadalaxara (مدينة الفرج), Granatam se contulit ibique rhetoricam et poeticam profitebatur, sed nescio quo tempore. —

§. 3. *De Schola Toletana.*

Vrbs Toleti iam Eg. 95. Chr. 713. a Mauris expugnata est *a*). Eg. 477. Chr. 1084. in potestatem *Alphonsi* VI. regis Leonis et Castiliae redigebatur *b*). Origo scholae referenda videtur ad saeculum IV. Egirae. Iuris-

s) *Casiri* II. p. 87. t) *Casiri* II. p. 86. u) *Casiri* II. p. 109. v) *Casiri* II. p. 114. w) *Casiri* II. p. 111. x) *Casiri* II. p. 83 y) *Casiri* II. p. 74 z *Casiri* II p. 80 a) *Cas.* II. p. 96. b) *Casiri* II. p. 99. c) *Casiri* II. p. 71. d) *Casiri* I. p. 37 e *Casiri* II. p. 101.
a) *Ferreras* II. p. 511. 515. cf. *Casiri* II. p. 320. b) *Ferreras* III. p. 321. *Casiri* II. p. 214.

Iurisconfulti Toletani.

Hefcham Ben Ahmad Ben Khaled Alvafchi c) natus Eg. 408. Chr. 1017. Cordubae literis incubuit et poftea clarus orator, poeta, philofophus, mathematicus, hiftoricus et iurisconfultus factus. Obiit Eg. 489. Chr. 1095. relictis commentariis in ius canonicum. —

Medici Toletani.

Abdelrahman Ben Mohamad Abulmothreph d) Cordubae literis excultus, ibique et publicus profeffor, fcripfit de medicamentis fimplicibus, de fomno etc. Obiit Eg. 467. Chr. 1074. — ***Abu Baker Mohamad Abu Zacharia e***) natus Eg. 618. Chr. 1221. fcripfit de dignofcendis morbis et fignis exterioribus. —

Mathematici Toletani.

Jofeph Ben Omar Algiaheri f) alias *Ebn Abi Thalta* per 30 annos totum fe dedit confectioni tabularum aftronomicarum. Deceffit Eg. 435. Chr. 1043. — ***Abi Abulcazem*** fcripfit de aftronomia iudiciaria. Floruit fecundum ***Antonium g***) Chrifti Saeculi 11. initio. — ***Arzachel*** fiue ***Abraham Alzarakul*** celeberrimus aftronomus Saeculi chriftiani 12. *h*) — *Ben Azria Alcafibi i*) Iudaeus et clarus aftronomus. — ***Abi Aben Ragel k***) floruit Chr. 1032. Eg. 424. clariffimus aftrologus.

Hiftorici Toletani.

Ismail Ben Omia l) hiftoricus magnus, deceffit Eg. 303. Chr. 915. — *Ahmad Ben Abdelrahman Ben Mothaher Alcanfar Abu Giaphar m*) auctor hiftoriae iurisconfultorum et iudicum Toletanorum. Deceffit Eg. 489. Chr 1095. — Denique hoc loco nominandus erit ***Saed Ebn Ahmad al Andalufi***, Toleti natus, cuius hiftoria Abulfaragius de Arabibus et Muhammedanis agens praecipue vfus eft *).

Poetae Toletani.

Ifaac Ben Abrahim Ben Mofarra n) infignis poeta, obiit Eg. 352. Chr. 963. —

Praeceptores Toletani.

Said Ben Salem Abu Othman o) Matritenfis, Toleti ftuduit et poftea ius praelegit. Obiit Eg. 376. Chr. 986. — ***Jofeph Ben Abdelaziz Ben Odaifa*** vulgo ***Afnlhagiag p***) ex oppido mihi quidem incognito اشرنون, Toleti iurisprudentiam publice profitebatur. Deceffit Eg. 505. Chr. 1111.

§. 4.

c) *Cafiri* I. p. 455. *d*) *Cafiri* II. p. 131. *e*) *Antonii* bibl. T. 2. p. 386. *f*) *Cafiri* II. p. 148. *g*) T. II. p. 391. *h*) *Gerh. Ioh. Voffius* de natura mathefeos c. 35. §. 13. p. 176. contra *Antonium* T. II. p. 391, eum refert ad annum Chr. 1080. Eg. 473. *i*) *Cafiri* I. p. 376. *k*) *Antonio* II. p. 390. *l*) *Cafiri* II. p. 136. *m*) *Cafiri* II. p. 141. *) *Pocock* fpec. hift. arab. praefat. p. 6. Not. 360. *n*) *Cafiri* II. pag. 136. *o*) *Cafiri* II. pag. 137. *p*) *Cafiri* II. p. 148.

§. 4. *De academia Hiſpalenſi.*

Vrbs Hiſpalis (Sevilla) vsque ad annum Eg. 390. Chr. 1000. ſub imperio regum Mohammedanorum Cordubenſium fuit *a*). Tum ſibi proprios elegit reges. Eg. nempe 298. Chr. 910. *Abraham Ben Alhagiag* vrbis regem ſe conſtituerat *b*), cuius ſucceſſores mox potentia valuere. *Abad Ben Mohamad c*) Eg 463. Chr. 1070. Cordubam et Murciam inuaſit *d*). Eg. 491. Chr. 1097. *Alphonſus* VI. cum eodem rege foedus iniit ad debellandos hoſtes, quos habebant inter Arabo-Hiſpanos; quem in finem *Joſephum Techſinum*, principem e gente Almorabiditarum (non auctorem huius dynaſtiae, quod ex errore plerique ſtatuerunt. Vid. *Dombay Geſchichte der Mauritan. Könige*), in auxilium vocarunt *e*). Mox imperium Hiſpalenſe ad Almorabiditas ceſſit, qui tamen iterum Eg. 538. Chr. 1143. a *Mohammede Ben Maimon* ſedibus expulſi ſunt *f*). Denique ad tempus in Almorabiditarum monachorum Muhammedonorum poteſtatem regnum venit, inde ab anno Eg. 538. Chr. 1141. *g*). Sed et hi coacti a *Mohammad Ben Omar Ben Almander Abulvalid* Silorenſi, qui Hiſpali literis vacauerat, (aut a *Muhammad Ben Said Rai Abdelvahab Abu Baker*, Valentino, quod non ſatis mihi liquet e *Caſiri h*) regnum reliquerunt. Anno Chr. 1236. Eg. 634. Arabes rempublicam liberam Hiſpali fundarunt *i*), ſed tandem Eg 646. Chr. 1248. Hiſpalis a *Ferdinando* III. deuicta eſt *k*). – Origo academiae in ſaeculi IV. Eg. finem cadere videtur, ſiue in initium ſaeculi V.

Theologi Hiſpalenſes.

Abilabbas Almocri l) commentator Alcorani, obiit Eg 500. Chr. 1106. — *Abu Abdalla Mohamad Ben Salomo Ben Giaphar Ben Ali Alcodai m*) ſcripſit de traditionibus Cairi Eg. 453. Chr. 1061. — *Ahmad Ben Mohamad Ben Omar Ben Mathir Alrabii n*) ſcripſit de reuelationibus Muhammedis. Floruit Eg. 611. Chr. 1214. Cairi. — *Mohamad Ben Ahmad Ben Etagiagi o*) commentarii in Coranum auctor. — *Mohammad Ben Abilabbas Alanſar p*) vulgo *Alkhaphaph* commentarios dogmaticos edidit.

Iuriſconſulti Hiſpalenſes.

Saeculo Eg. IV. *Ahmad Ben Abdelmalek Ben Haſchem q*) vulgo *Ebn Almekni* Cordubenſis Curiae praeſes, iuſſu *Alhakemi* regis pandectas hiſpanos e 100 Codd. in vnum collegit et contraxit. Obiit Eg. 401.

a) *Ferreras* III. p. 126. *b*) *Caſiri* II. p. 35. *c*) *Caſiri* I. p 106. *d*) *Ferreras* III. p. 202. *e*) *Ferreras* III. p. 343 *f*) *Caſiri* II. p. 54. *g*) *Caſiri* II. p. 52 *h*) II. p. 52. coll. 59. *i*) *Ferreras* IV. p. 201. *k*) *Caſiri* I. p. 248. II. p. 264. *Ferreras* IV. p. 260. *l*) *Caſiri* I. p 487. *m*) *Caſiri* I. p. 526. coll. p. 519. *n*) *Caſiri* I. p. 223. *o*) *Caſiri* I. p. 502. *p*) *Caſiri* I. p. 498. *q*) *Caſiri* II. p. 140.

401. Chr. 1010. — *Ahmed Ben Abdelrahman Abu Amru r*) vulgo *Ben Alabsi*, auctor institutionum iuris; decessit e vita Eg. 379. Chr. 989. —

Saeculo Eg. V. *Khalaph Ben Bahlul*, vulgo *Albarbali* vtriusque iuris institutiones scripsit. Obiit Eg. 443. Chr. 1051.

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Abdalla Ben Mohamad* vulgo *Abu Baker Ben Alarabi*, obiit Eg. 543. Chr. 1148. praetor Hispalensis et reliquit varia iuridica, v. c. Assyriorum iura, de opinione probabili ac probabiliore; de verborum grammaticorum vsu apud iuris peritos *t*). — *Mohamad Ben Abdalla Ben Jahia Abu Baker Ben Alged u*) tantus iurisconsultus, vt nomen oceani diuinarum et humanarum legum adeptus sit. Obiit Hispali Eg. 586. Chr. 1190. — *Magedeldin Abulkhatab Dulnasbain v*) contendit dissertatione aliqua, vini vsum vetitum esse cum iure Muhammedano, tum legibus regum. — *Abu Baker Jahia Ben Abdalla Ben Zacharia w*) edidit controuersias forenses. — *Abdelrahman Ben Mohamad Ben Abdalla Ben Hobaisch Abulcassem x*) nobilissimus iurisconsultus. Obiit Eg. 584. Chr. 1188.

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Abraham Ben Mohamad Alavasi y*) vulgo *Ben Aldabag* vitae finem impleuit. Eg. 668. Chr. 1269.

Incertae aetatis: *Abulcassem Abdalla Ben Raphi z*). — *Abu Mohamad Abdalla Ben Abi Zaid Alcairvani a*) scripsit iuris ciuilis isagogen secundum scholae Malekiticae placita. — *Abulhassan Ali Ben Abdalla Ben Abrahim b*) auctor libri de fine scientiae iuris. — *Schahabeddin Ben Ahmad Alsanhagi c*) edidit opus de iurisprudentia ad mentem iurisconsultorum Hispanorum. —

Medici, historiae naturalis scriptores Hispalenses.

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Abdalla Ben Zohar Abu Baker d*) medicus et philologus praestantissimus, obiit Marochi Eg. 595. Chr. 1198. — *Abu Zacharia Jahia Ben Mohamad Ben Ahmad e*) vulgo *Ebn Alavam* scripsit de agricultura, sed immensa doctrina, nam praecipuos rerum rusticarum auctores Graecos, Chaldaeos, Africanos, Latinos et Arabo-Hispanos in testimonium adhibebat. — *Abdelmalek Ben Zahr f*) siue *Ebn Zohr*, vulgo *Avenzohar*, alias dictus *Abu Maruan Ben Abdelmalek Ben Mohamad Ben Maruan*, edidit opus de medicamentis simplicibus et compositis et aliud de morborum curatione. Obiit Eg. 557. Chr. 1161.

 Mathe-

r) *Casiri* II. p. 140. s) *Casiri* II. p. 141. t) *Casiri* II. p. 134. u) *Casiri* II. p. 84. v) *Casiri* I. p. 475. w) *Casiri* I. p. 461. x) *Casiri* II. p. 138. y) *Casiri* II. p. 82. z) *Casiri* I. p. 466. a) *Casiri* I. p. 465 b) *Casiri* I. p. 458. c) *Casiri* I. p. 483. d) *Casiri* II. p. 123. e) *Casiri* I. p. 323. f) *Casiri* II. p. 132. *Herbelot* p. 938.

Mathematici Hifpalenfes.

Saeculo Eg. V. *Abu Abdalla Abilphath Mohamad g*), Suphita, de vfu quadrantis aftronomici fcripfit. — *Abi Mohamad Giaber Ben Aphlah h*) aftronomus magni nominis. —

Saeculo Eg. VI. *Abdelaziz Maffud i*) aftronomus. — *Abulthaher Mohamad Ben Abdelaziz Ben Jofeph Almoradi k*) vulgo *Ebn Algiab* auctor operis de corporibus folidis, eorum fectione, diuifione, fimul de architectonica et mechanica arte. — *Evanafla* aftronomus Hifpalenfis laudatur a R. *Mofi Maimonide l*). Floruit, fi credimus *Antonio m*) faeculo Chrifti XII.

Incertae aetatis: *Ali Ben Ifa n*) auctor libri de aftrolabii confectione. — *Nureddin o*) fcripfit de planetarum theoria. — *Schamfeddin Mohamad Ben Ahmad Almozi p*) auctor libri de quadrantis vfu. — *Abilhaffan Ben Abi Alragel q*) magnae gloriae aftrologus, qui opus edidit de aftrologia genethliaca. — *Abi Zacharia Mohamad r*) commentarios mathematicos compofuit. — *Abi Abdalla Mohamad Ben Omar s*) vulgo *Ebn Badr* fcripfit de logiftica, apologiftica et analogiftica. — *Abu Ali Ben Alzeiat t*) edidit opus cosmographicum in 30 capita diuifum, in quo de coeli, globi terreftris, et Nili defcriptione agit et figuras aftronomicas et geographicas adiicit. —

Hiftorici Hifpalenfes.

Saeculo Eg. IV. *Ahmad Ben Said Ben Hazam Abu Omar Almontegili u*) edidit hiftoriam virorum eruditorum. —

Saeculo Eg V. *Mohamad Ben Phatuh Abn Abdalla v*) vulgo *Aba Naffer Alhomaidi* fcripfit bibliothecam arabico-hifpanam. .Obiit Eg. 488. Chr. 1095. in vrbe Bagdadi. — *Ismael Ben Mohamad Ben Khazrag w*) vulgo *Ben Hareth* edidit hiftoriam literariam virorum hifpanorum, qui fcriptis claruerunt. Obiit Eg 421. Chr. 1030. — *Saken Ben Said x*) conditor bibliothecae fcriptorum hifpanorum cum notis criticis. Diem obiit fupremum Eg. 457. Chr. 1064. —

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Khair Abu Baker y*) vulgo *Alamavi* edidit bibliothecam arabico-hifpanam. Obiit Eg. 575. Chr. 1179. — *Abu Abdalla Mohamad Ben Mufa Ben Alnaman Almozali z*) defcripfit vitam Muhammedis. Deceffit Eg. 611. Chr. 1214. — *Alphath Ben Ali Ben Ahmad a*) vulgo *Aba Naffer Ben Khacan* orator et poeta magnus edidit

g) *Cafiri* I. p. 368. h) *Cafiri* I. p. 345. coll. p. 367. i) *Cafiri* I. p. 353. k) *Cafiri* I. p. 365. l) More Hanevochim II. 10. m) Bibl. T. II. p. 402. n) *Cafiri* I. p 400. o) *Cafiri* I. p 396. p) *Cafiri* I. p. 392. q) *Cafiri* I. p. 363. r) *Cafiri* I. p 369. s) *Cafiri* I. p. 370. t) *Cafiri* II p. 4 u) *Cafiri* II. p. 134. v) *Cafiri* II. p. 134. w) *Cafiri* II. p. 142. x) *Cafiri* II. p. 137. y) *Cafiri* II. p. 122. z) *Cafiri* II. p. 152. a) *Cafiri* II. p. 114.

edidit bibliothecam arabico-hispanam. Interfectus est Marochi Eg. 529. Chr. 1134.

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Abdalla Ben Abrahim b*) vulgo *Ben Cassum Alakhami* scripsit Hispalensium vitas sanctitate praestantium eorumque res praeclare gestas. — *Abdalla Ben Cassem Ben Khalaph Alakhamita c*) cognomento *Alharivi* scripsit accuratissimam historiam Hispaniae, etiam bibliothecam de viris doctis Hispaniae. Obiit Eg. 646. Chr. 1248. — *Abulcassem Ben Abdalla Ben Mohamad Alansari d*) vulgo *Ebn Alschath* auctor bibliothecae clarissimorum theologorum, operis absoluti Eg. 683. Chr. 1282. —

Saeculo Eg. VIII. *Abdelrahman Ben Mohamad Abi Zaid Ben Khaldun e*) condidit historiam Arabum. Floruit Eg. 756. Chr. 1355. —

Grammatici, Lexicographi, Rhetores Hispalenses.

Saeculo Eg. IV. *Saleh Ben Ali Ben Ahmad Alnamari Alkhazragi f*) commentarios in poetas varios scripsit. — *Mohamad Ben Alhassan Abu Baker g*) vulgo *Alzobaidi* grammaticus et philologus celeberrimus, scripsit institutiones grammaticas, poemata nonnulla et lexicon arabicum, quod omnium primum apud Arabes prodiit. Obiit Eg. 330. Chr. 941. —

Saeculo Eg. V. *Abilcassem Ali Ben Giaphar h*) vulgo *Ebn Cataa* scripsit de arte metrica. Obiit Eg. 514. Chr. 1120.

Saeculo Eg. VI. *Abdalla Ben Ahmad Ben Mohamad i*) alias *Ebn Gallus* Marochi iurisprudentiam docuit. Obiit Eg. 592. Chr. 1195. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Zohar Abu Baker k*) praestantissimus philologus, demortuus est Eg. 595. Chr. 1198. — *Ali Ben Mohamad Ben Ali* vulgo *Ebn Harufi* clarus grammaticus et commentator, obiit Eg. 611. Chr. 1214 *).

Saeculo Eg. VIII. *Ebn Alrai l*) auctor lexici arabici confecti Eg. 797. Chr. 1394.

Incertae aetatis: *Abilcassem Ali Ben Alcotai m*) tractatus de arte poetica auctor. — *Abu Meruan Abdelmalek Ben Abdalla Ben Badrun n*) auctor commentariorum in poetas Arabes. — *Abaidalla Ben Abd Alkaphi Alabadi o*). —

Poetae Hispalenses.

Saeculo Eg. IV. *Abraham Ben Khirat Abu Isaac p*) vulgo *Alsabagi* nobilis poeta. —

b) *Casiri* II. p. 126. c) *Casiri* II. p. 129. d) *Casiri* II. p. 164. e) *Casiri* II. p. 105. f) *Casiri* I. p 73 g) *Casiri* II p. 158. h) *Casiri* I. p 82. i) *Casiri* II. p. 129. k) *Casiri* II. p. 123. *) *Abulfeda* IV. p 252. l) *Casiri* I. p. 177. m) *Casiri* I. p. 81. n) *Casiri* I. p. 65. o) *Casiri* I. p 81. p) *Casiri* II. p. 155.

Saeculo Eg VI. *Mohamad Ben Jahia Ben Khalaph Alomui q)* orator et poeta etiam ſcriptis clarus. Deceſſit Eg. 543. Chr. 1148. — *Ahmad Ben Mohamad Ben Muſa Ben Alariph r)* ingenioſus poeta et calligraphicae artis peritiſſimus. Obiit Eg. 536. Chr. 1141.

Saeculo Eg. VII. *Abu Baker Ben Mohamad Ben Ahmad Ben Scherez s)* floruit Eg. 681. Chr. 1282. edidit poema de Chalifarum et Hiſpaniae regum ſerie. — *Ali Ben Mohamad Ben Ali Ben Haidham Abulahſan t)* regibus Granatae a ſecretis, clarus orator et poeta. Deceſſit Eg. 666. Chr. 1267. —

Incertae aetatis: *Abu Abdelrahman Alhaphedita u)* commentator poeticus. — *Naſſireddin Ebn Aſſad v)* collegit carmina difficilia veterum poetarum. — *Abu Iſaac Abraham Ben Sahl w)* edidit amatoria et miſcellanea carmina. — *Abu Baker Ben Zohar x)*. — *Abulabbas Ben Henun y)*. — *Abulabbas Ben Sajed z)*. — *Ebn Hagiorg Gaiſchium a)*. — *Abu Baker Ben Almonkhol b)*. —

Philoſophi Hiſpalenſes.

Abulſat Omiah Ben Abdelaziz c) obiit Cairi Eg. 529. Chr. 1134. philoſophus et medicus inſignis, qui de vniuerſa philoſophia libros reliquit. — *Ahmad Ben Mohamad d)* floruit Eg. ſaeculo VI ſcripſitque opus de traditionibus Mohammedis ad morum doctrinam pertinentibus. —

De praeceptoribus Hiſpalenſibus.

Abdalla Ben Mohamad e) vulgo *Albagi* ex vrbe Beja, Hiſpali iurisprudentiam docuit. Deceſſit Eg. 378. Chr. 987. — *Abulhaſſan Alakhdhar* et *Alſcharaih f)* ſummi philoſophiae doctores Hiſpalenſes floruerunt Eg. 500. Chr. 1106. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Mohamad g)* vulgo *Abu Baker Ben Alarabi* natus Eg. 468. Chr. 1075. Hiſpali, ibique cum ſumma laude liberales diſciplinas docuit. Obiit Eg. 543. Chr. 1139. — *Mohamad Ben Obaid Ben Malthon Abu Baker h)* Hiſpali grammaticam tradidit. Deceſſit Eg. 600. Chr. 1203. — *Ali Ben Mohamad Abulhaſſan i)* vulgo *Ebn Alſajegh* theologiam et iurisprudentiam Hiſpali docuit. Obiit Eg. 680. Chr. 1281. —

§. 5. *De ſchola Denienſi.*

Haec ſaeculo Eg. IV. condita fuiſſe videtur, et quamuis documenta deſint hiſtorica, incolumis ſtare potuit vsque ad Eg 641. Chr. 1243, quo anno vrbs Deniae a Chriſtianis capta eſt *a)*.

Mathe-

q) *Caſiri* II. p. 121. *r)* *Caſiri* II. p. 135. *s)* *Caſiri* I. p. 136. *t)* *Caſiri* II. p. 110. *u)* *Caſiri* I. p. 207. *v)* *Caſiri* I. p. 114. *w)* *Caſiri* I. p. 112 *x* *Caſiri* I. p. 93. *y)* *Caſiri* I. p. 93. *z)* *Caſiri* I p. 94. *a)* *Caſiri* I p. 94. *b* *Caſiri* I. p. 94 *c)* *Caſiri* I. p. 189. *d)* *Caſiri* I. p. 215 *e)* *Caſiri* II. p. 157. *f)* *Caſiri* II. p. 132. *g)* *Caſiri* II. p. 134. *h)* *Caſiri* II. p. 124. *i)* *Caſiri* II. p. 110. *a)* *Caſiri* II. p. 60.

Mathematici Denienses.

Abi Zelti Deniae natus *b*).

Poetae Denienses.

Abulhagiug Joseph Ben Abdalla Ben Ajub Alsahari c) obiit Eg. 592. — *Abulhokm Giaphar Ben Jahia d*). — *Abu Mohamad Abdalla Ben Jahia Alhadrami e*) obiit Valentiae Eg. 578. Chr. 1182. — *Abulhassan Ali Ben Ahmad Ben Abilovat Alazadita f*) obiit Eg. 608. Chr. 1211. — *Abulrabi Soliman Ben Ahmad Ben Ali Ben Galib Alabdari g*). — *Abu Baker Ebn Alabana h*).

Praeceptores Denienses.

Othman Ben Said Abu Amru i) vulgo *Ebn Alsairaphi* Cordubensis, Deniae Alcoranum interpretatus est. Decessit Eg. 444. Chr. 1052. — *Abdalla Ben Joseph Ben Ajub Alcarschi Alraphi k*) ex tractu Saetabensi natus Eg. 469. Chr. 1076. Deniae iurisprudentiam docuit, ibique decessit Eg. 548. Chr. 1153. —

§. 6. *De schola Saetabensi.*

Vix haec schola ante Saeculum Eg. V. condita est.

Historici Saetabenses.

Mohamad Ben Jahia Ben Khalipha a) vulgo *Ben Janec* scripsit historiam regum Hispaniae. Obiit. Eg. 547. Chr. 1152. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Sophian Altagibi b*) scripsit epitomen historicam de viris Hispanis, qui scribendo claruerunt. Decessit Eg. 558. Chr. 1162. —

Poetae Saetabenses.

Abu Baker Ben Magan c). — *Abu Abdalla Ben Jarbu d*). — *Alhag Abulhassaim Ben Giobair e*). — *Abu Baker Ben Algionan f*). — *Abu Amer Ben Othman g*). — *Abu Abdalla Ben Jasim h*). — *Abu Giaphar Ahmad Ben Abrahim Ben Salem Almoapher i*), obiit Eg. 550. Chr. 1155. —

Praeceptores Saetabenses.

Mohamad Ben Abdelrahman Ben Abad Alansari k) Saetabi iurisprudentiam docuit. Natus erat Eg. 480. Chr. 1087. — *Mohamad Ben Ismail Ben Khamis l*) vulgo *Abu Amer Algiomahi* literas humaniores tradidit. Obiit Eg. 629. Chr. 1231. —

§. 7.

b) *Hottinger* smegma orientale l. 3. c. 2. p. 2. *Antonii* biblioth. T. II. p. 386. c) *Casiri* II. p. 98. d) *Casiri* I. p. 96. e) *Casiri* I. p. 97. f) *Casiri* I. p. 99. g) *Casiri* I. p. 100. h) *Casiri* I. p. 105. i) *Casiri* II. p. 145. k) *Casiri* II. p. 128. a) *Casiri* II. p. 122. b) *Casiri* II. p. 127. c) *Casiri* I. p. 93. d) *Casiri* I. p. 94. e) *Casiri* ibid. f) *Casiri* ibid. g) *Casiri* ibid. h) *Casiri* ibid. i) *Casiri* I. p. 96. k) *Casiri* II. p. 122. l) *Casiri* II. p. 127.

§. 7. *De fchola Valentina.*

Ni fallimur, hoc literarium inftitutum Egirae faeculo V. attribuendum eft.

Theologi Valentini.

Saeculo Eg. V. *Ali Ben Balban a)* clariffimus theologus fcripfit Codicem orthodoxorum propofitorum de traditionibus diuinis. —

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Giaphar Ben Khalaph Ben Hamid b)* vulgo *Abu Mohamad* natus Eg. 513. Chr. 1119. eximius theologus et clarus Corani interpres, deceffit Murciae Eg. 586. Chr. 1190. — *Abulcaffem Abdalla Ben Mohamad Ben Nakia c)* fcripfit commentarium in Coranum. —

Iurisconfulti Valentini.

Saeculo Eg. V. *Ahmad Ben Mohamad Ben Hezballa Abulhaffen d).* praetor Toletanus, deceffit Eg. 453. Chr. 1061. — *Abdalla Ben Hajan Alrufchi e)* eruditus iurisconfultus, qui et numerofam bibliothecam fibi comparauerat, obiit Eg. 484. Chr. 1091. —

Saeculo Eg. VI. *Abdalla Ben Maruan Altagibi Abulhaffan f)* praefectus Segorbianus, denatus Eg. 593. Chr. 1196. — *Mohamad Ben Omar Ben Vageb Alcaifi g)* iurisprudentia maxime exultus, praetor plurium Valentini tractus vrbium. Obiit Eg. 583. Chr. 1123. — *Mohamad Ben Ali Ben Alzobajer Alcodhai h)* ex regione Valentina, clarus vtriusque iuris fcientia, deceffit Eg. 627. Chr. 1229. — *Abdalla Ben Abu Baker Alcodhai i).* Quamquam non natus Valentiae, fed Hondae, tamen Valentinis adnumerandus videtur, quippe qui a puero ftudiorum caufa Valentiam venit. Obiit Eg. 619. Chr. 1222. —

Incertae aetatis: *Abulabbas Ahmad Ben Said Ben Alfchatta k)* fcripfit commentarios iuridicos in *Moslemi* opera canonica. —

Medici Valentini.

Mohamad Ben Baker Alphari Abu Abdalla l) medicus et chronographus infignis, obiit Eg. 618. Chr. 1221. — *Ebn Vaphed m)* fcripfit manuductionem ad artem medicam. —

Mathematici Valentini.

Abdelrahman Ben Abdalla Abu Zaid n) fcripfit de arithmetica et algebra. Obiit Eg. 456. Chr. 1064. —

Hiftorici Valentini.

Saeculo Eg. IV. *Ahmad Ben Mohamad Ben Abdelber o)* fcripfit hiftoriam iurisconfultorum Hifpanorum.

Saeculo

a) *Cafiri* II. p. 155. b) *Cafiri* II. p. 82. c) *Cafiri* I. p. 502. d) *Cafiri* II. p. 141. e) *Cafiri* II. p. 138. f) *Cafiri* II. p. 129. g) *Cafiri* II. p. 125. h) *Cafiri* II. p. 127. i) *Cafiri* II. p. 129 k) *Cafiri* I. p. 476. l) *Cafiri* II. p. 125. m) *Cafiri* I. p. 272. n) *Cafiri* II. p. 131. o) *Cafiri* II. p. 155.

Saeculo Eg. V. *Isac Ben Salama Ben Isac Alcairi p*) auctor annalium Hispaniae.

Saeculo Eg. VII. *Abu Baker Alcod Ebn Alabar q*) supremum diem obiit medio saeculi VII. Auctor *vestis sericae* i. e. historiae virorum genere et dignitate illustrium, qui apud Hispanos poeseos laude claruerunt. — *Abu Abdalla Ben Ali Baker Alcodri r*) vulgo *Ebn Alabari* auctor bibliothecae arabico-hispanae, decessit Eg. 656. Chr. 1258. —

Poetae Valentini.

Saeculo Eg. V. *Ali Ben Mohamad Abu Alhassan s*) orator et poeta clarus, scripsit de similitudinibus, quibus vti solent poetae Hispani. Decessit Eg. 419. Chr. 1047. —

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Galeb t*) vulgo *Alrasiphi* eximius poeta, obiit Malaccae. Eg. 572. Chr. 1176. — *Abu Abdalla Mohamad Abdelrahman Alakhami u*) floruit Eg. 519. Chr. 1125. — *Abu Mohamad Abdalla Ben Obaid Alrahman Ben Hegiaph Almoapher v*) obiit Eg. 551. — *Abulcassem Mohamad Ben Mohamad Ben Algaphek w*) decessit Eg 614. Chr. 1217.

Saeculo Eg. VII. *Abu Tamam Galeb Ben Mohamad Ben Ismail Alansarita x*) obiit Eg. 629. Chr. 1231. — *Abulrabi Ben Musa Ben Salem Alcabi y*) occubuit in proelio Eg. 634. Chr. 1236. — *Abulhassan Ali Ben Lebi Ben Schalbon Almoapher z*) obiit Eg. 639. Chr. 1241. — *Abu Mohamad Abdalla Ben Mohamad Ben Mathruh Altegibita a*) obiit Eg. 635. Chr. 1237.

Incertae aetatis: *Abu Abdalla Ben Ajas b*). — *Abulrab Ben Abi Mohamad c*) scripsit carmina amatoria, laudatoria et moralia. — *Abu Omar Ben Khalib Alaphadita d*). — *Abu Mohamad Abdalla Ben Alkhalaph Alsadaphi Ben Alcama e*) — *Abu Abdalla Mohamad Ben Abrahim Algimini f*) nuncupatus *Ebn Alschevasch*. *Abulmaali Maged Ben Maphudh Ben Mari g*) — *Abu Abdalla Ben Alphagiar h*). — *Abu Baker Ben Athia i*). — *Abu Mohamad Ben Sara k*).

Praeceptores Valentini.

Mohamad Ben Jahia Ben Mohamad Ben Alasi l) ortus Eg. 470. Chr. 1077, Valentiae literis operam dedit. Inde ab anno Eg. 495. Chr.

p) *Casiri* II. p. 136. q) *Casiri* II. p. 30. r) *Casiri* II. p. 121. s) *Casiri* II. p. 138. t) *Casiri* II. p 77 122. u) *Casiri* I. p. 95. v) *Casiri* II. p 96. w) *Casiri* I. p. 100. x) *Casiri* I. p 101. y) *Casiri* I. p 101. z) *Casiri* ibid a) *Casiri* I. p 102. b) *Casiri* I. p. 94 c) *Casiri* I. p. 155. d) *Casiri* I. p. 95. e) *Casiri* I. p. 96. f) *Casiri* I. p. 98. g) *Casiri* I. p. 99. h) *Casiri* I. p. 108. i) *Casiri* I. p. 105 k) *Casiri* ibid. l) *Casiri* II. p. 121.

Chr. 1101. iurisprudentiam docuit in patria. Obiit Eg. 547. Chr. 1152. — *Mohamad Ben Soliman Abu Abdalla Alcalabi m*) grammaticam docuit Valentiae. Obiit Eg. 548. Chr. 1153. — ***Abdalla Ben Jahia Alhadrahmi n***) vulgo *Ben Saheb Alcalah* philologus et hiſtoricus, Valentiae artes liberales profitebatur. Deceſſit e vita Eg. 578. Chr. 1182. — ***Mohamad Ben Mohamad Ben Khalaph Alanſari o***) alias ***Ebn Mocaſir*** Valentiae iurisprudentiam et rhetoricam docuit. Deceſſit e vita Eg. 603. Chr. 1206. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Khalaph Ben Caſſem Alanſari p*) in patria, Valentiae, rhetoricam et poeticam tradidit, ſcripſitque de vita monachorum. Fato defunctus eſt Eg. 640. Chr. 1242. —

§. 8. *De ſchola Silvenſi.*

Origo huius ſcholae in Saeculum Eg. V. cadere videtur.

Hiſtorici Silvenſes.

Abdelmalek Ben Heſcham a) vulgo *Ebn Athala* ortus Eg. 475. Chr. 1082. in patria Hiſpali et Cordubae praeceptores tum temporis clariſſimos indefeſſo ſtudio audiuit, deinde autem hiſtoriae veteri et recentiori ſtuduit. Conſcripſit libros 3 Genealogiarum. Deceſſit Eg. 551. Chr. 1156. —

Poetae Silvenſes.

Abulvalid Iſmail b) cognomento *Ebn Alſchvaſch* obiit Eg. 558. Chr. 1162. — *Abulcaſſem Abdelmalek Ben Badrun Alhadromila c*). —

Praeceptores Silvenſes.

Abi Abdalla Ben Schebrin et *Abilhaſſan Muſa d*), vulgo *Candela* dictus, rhetoricam docuerunt, floruerunt que Saeculi Eg. V. fine. —

§. 9. *De ſchola Septana.*

Saeculo Eg. VI. vel VII. conſtituta videtur haec ſchola.

Iurisconſulti Septenſes.

Ajadh Ben Muſa Aliahſi Abulphadh a) vulgo *Alcadi Ajadh* natus Eg. 476. Chr. 1083 orator et iurisconſultus clariſſimus, in patria ſua vtrumque ius tradidit. Deceſſit e vita Eg. 544. Chr. 1149. Longum eſſet, librorum ab eo editorum catalogum conficere. — *Caſſem Ben Abdalla b*) vulgo *Ben Alſchath* ſcripſit varios tractatus ad iurisprudentiam pertinentes, etiam bibliothecam iuridicam. Deceſſit Eg. 723. Chr. 1322. —

Hiſto-

m) *Caſiri* II. p. 122. n) *Caſiri* II. p. 128. o) *Caſiri* II. p. 124. p) *Caſiri* II. p. 126. a) *Caſiri* II. p. 132. b) *Caſiri* I. p. 96. c) *Caſiri* I. p. 99. d) *Caſiri* II. p. 132. a) *Caſiri* II. p. 112. b) *Caſiri* II. p. 114.

Hiſtorici Septenſes.

Ebn Hajan c) floruit Eg. ſaeculo IV. ſcripſitque annales Muhammedanos et acta priorum diſcipulorum prophetae. — *Abu Abdalla Mohamad Ben Omar Ben Raſcid d*) edidit bibliothecam patrum Hiſpanorum, qui de verbo Muhammedis et ſcripto et tradito praeclare ſcripſerunt. Abſoluit opus ſuum Eg. 689. Chr. 1290. — *Caſſem Ben Abdalla Ben Mohamad Alanſar e*) de eodem virorum doctorum genere bibliothecam ſcripſit, quos 7 in claſſes diſtribuit. Perfectum eſt opus Eg. 690. Chr. 1291. —

Praeceptores Septenſes.

Ajadh Ben Muſa Aliahſi Abulphadl vulgo *Alcadi Ajadh*, de quo iam ſupra diximus. — *Mohamad Ben Ali Ben Alphakhar Abu Baker Alarcoſchi f*) Malacam, Septam et Granatam incoluit, vbi grammaticam, rhetoricam et iurisprudentiam profeſſus eſt. Obiit Eg. 723. Chr. 1323. — *Mohamad Ben Ali Ben Omar Algaſſanita g*) vulgo *Ebn Alarbi* natus Eg. 682. Chr. 1283. Almeriae et Granatae literas humaniores ediſcebat et Septae per triennium rhetoricam praelegit. Poſtea in patria ſua, oppido Alhamae, iurisprudentiam docuit. Deceſſit Eg. 748. Chr. 1347. —

§. 10. *De ſchola Iaenenſi.*

Oppidum Iaen condidiſſe fertur *Suarius Ben Hamdun a*) qui interfectus eſt Eg. 277. Chr. 890. Expugnabatur Eg. 641. Chr. 1243. a rege *Ferdinando b*). Eg. 811. Chr. 1407. rex Muhammedanus Granatenſis Iaen in ſuam poteſtatem iterum redigere conatur *c*), ſed fruſtra; nam mox regno expellitur *d*). Ante Saeculum Eg. VI. ſchola Iaenenſis vix conſtituta fuit. —

Mathematici Iaenenſes.

Mohamad Ben Ahmad Ben Jarbu e) deceſſit Eg. 610. Chr. 1213. Docuit in vrbe Velez grammaticam et rhetoricam et praeclarum opus de arithmetica edidit. —

Poetae Iaenenſes.

Obaidis Ben Mahmud Abulcaſſem f) poeta diſertus, ſcripſit etiam de Hiſpana eloquentia. Deceſſit Eg. 511. Chr. 1117. — *Mohamad Ben Maſud Alkhaſchni.* vid. infra. — *Abu Baker Mohamad Ben Abi Baker Ben Pharagi Ben Soliman g*). — *Abu Baker Mohamad Ben Abdelgani Alphaher Ebn Algenani h*).

F 2 Prae-

c) *Caſiri* II. p. 153. d) *Caſiri* II. p. 334. e) *Caſiri* II. p. 334. f) *Caſiri* II. p. 84. g) *Caſiri* II. p. 85. a) *Caſiri* II. p. 115. b) *Caſiri* I. p. 248. II. p. 285. *Ferreras* IV. p. 242. c) *Ferreras* VI. p. 179. d) *Ferreras* VI. p. 181. e) *Caſiri* II. p. 125. f) *Caſiri* II. p. 138. g) *Caſiri* I. p. 97. h) *Caſiri* I. p. 97.

Praeceptores Iaenenses.

Mohamad Ben Masua Alkhaschni i) grammaticus insignis, rhetoricam et poeticam artem in vrbibus Iaen, Quesada, et Xodar publica mercede docuit. Decessit Eg. 544. Chr. 1149. —

§. 11. *De schola Murciana.*

Vsque ad annum Eg. 540. Chr. 1145. Murcia fere semper in potestate Afrorum fuit a). Post hoc tempus Hispano-Arabes Murciae, vrbem cum territorio tenuerunt, illiusque temporis Murciae dominos auctores scholae, siue scholarum Murcianarum habemus. Sed iam anno Eg. 665. Chr. 1266 b) Murcia ab *Alphonso*, Arragoniae rege expugnata omnesque Muhammedani in exilium missi sunt, cum quorum imperio et instituta literaria interierunt. Itaque ad medium Saeculi Eg. VI. referimus scholae Murcianae originem.

Theologi Murciani.

Bascher Ben Gajath c) Murcianus, disceptabat cum *Abdelaziz Ben Jahia Ben Moslem Alkanani* de creatione Corani Eg. 396. Chr. 1005. — *Ahmad Ben Amar Ben Abilabbas* d) commentator clarissimus Corani, floruit Eg. Saeculo VII. — *Abdelhac Ben Abrahim* e) vulgo *Ben Sabin Alachi* monachus Septanus factus iam iuuenis, multa edidit theologica dogmatica et mystica. Obiit Eg. 669. Chr. 1270. —

Iurisconsulti Murciani.

Saeculo Eg. IV. *Joseph Ben Abrahami Abulhagiag* f) vulgo *Althoghri* ius tradidit in collegio Caliuschensi, oppidi in regione Oribuelae. —

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Ahmad Abu Baker Ben Abi Giamra* g) clarus scientia iuris canonici, de qua doctrina et libros X edidit. Obiit Eg. 599. Chr. 1102. — *Mohamad Ben Mohamad Ben Aischun Abu Omar* h) e regno Murciae natus, magnus iurisconsultus et historicus. Obiit Eg. 614. Chr. 1217. — *Mohamad Ben Abdelmalek Ben Abi Nassiri* i) praetor Murcianus decessit Eg. 611. Chr. 1214. diligentissimus iurisconsultus et historicus. —

Saeculo Eg. VII. *Abdalla Ben Jahia Ben Mohamad* k) vulgo *Zacharia Alonsari* natus Eg. 675. Chr. 1276. celeber iurisconsultus, praeses Almuñecaris et Bazae.

Medici Murciani.

Saeculo Eg. VI. *Isaac Ebn Zulaime* Iudaeus Eg. 590. Chr. 1194. Murciae scripsit commentarios medicos arabica lingua. —

Saeculo

i) *Casiri* II. p. 121. a) *Ferreras* III. p. 485. b) *Ferreras* IV. p. 306. c) *Casiri* I. p. 526. d) *Casiri* I. p. 487. e) *Casiri* II. p. 107. f) *Casiri* II. p. 139. g) *Casiri* II. p. 124. h) *Casiri* II. p. 125. i) *Casiri* ibid. k) *Casiri* II. p. 129.

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Abraham Ben Ahmad Alavafi l)* vulgo *Abu Abdalla Ebn Alracam* medicus maximus et infignis arithmeticus, aftronomus et geometra, medicinam Granatae profitebatur. Vid. quae de eo fupra diximus.

Saeculo Eg. VIII. *Mohamad Ben Mohamad Ben Maimon Alkhazragi m)* peritiffimus muficus et medicus, deceffit Eg. 750. Chr. 1348. —

Hiftorici Murciani.

Saeculo Eg. VII. *Soliman Ben Salem Abulrabii n)* magni nominis hiftoricus, philologus, poeta et miles. Occubuit Eg. 634. Chr. 1236. —

Grammatici Murciani.

Ali Ben Ismael o) vulgo *Ben Sada* orator et philologus, fcripfit de arabici fermonis proprietate et vfu et de vera et genuina tum veterum, tum recentiorum Arabum poetarum intelligentia. Obiit Eg. 458. Chr. 1065. — *Sohamfeddin Abu Abdalla Mohamad Ben Giaber Alhavari p)* commentarios in poetas varios Arabes fcripfit. —

Poetae Murciani.

Saeculo Eg. VI. *Saphuan Ben Edris q)* vulgo *Aba Bahar* natus Eg. 560. Chr. 1164. clarus rhetor et poeta, multa reliquit literis mandata carmina. Obiit Eg. 598. Chr. 1201. —

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Obaidalla Ben Kothab Algaphek r)* obiit Eg. 686. Chr. 1287. nobilis poeta et infignis theologus et iurisconfultus, qui et multa poemata reliquit. —

Incertae aetatis: *Abu Rogial Ben Galbun s)*. — *Abdelrahman Mohamad Alfolcmi* vulgo *Almokanafi t)* — *Junes Ben Isa u)*. — *Abu Giaphar Ben Asem v)*. — *Almakhzumi w)*. —

Philofophi Murciani.

Saeculo Eg. VII. *Schamfeddin Abi Abdalla Mohamad Ben Abi Baker x)* fcripfit de virtutibus et vitiis. Floruit Eg. 626. — *Abdalla Abu Mohamad Ben Saad Ben Abi Giamara Azadita z)* deceffit Eg. 711. Chr. 1311.

Praeceptores Murciani.

Obaidalla Ben Omar Ben Hefcham Alhadrahmi a) Cordubenfis, Murciae bonas artes docuit. Deceffit Eg. 550. Chr. 1155. — *Abdelrahman Ben Mohamad Abulcaffem b)* alias *Ben Hobaifch* Almerienfis, Cordubae ftudiorum curriculum abfoluit, tum Murciae per 10 annos in regio collegio rhetoricam et philofophiam tradidit. Scripfit varia. Deceffit

 Eg.

l) *Antonii* bibl. T. II. p. 407. m) *Cafiri* II. p 91. n) *Cafiri* II. p. 215. o) *Cafiri* II. p. 145. p) *Cafiri* I. p. 18. q) *Cafiri* II. p. 97. r) *Cafiri* II. p. 75. s) *Cafiri* I. p. 93. t) *Cafiri* ibid. u) *Cafiri* ibid. v) *Cafiri* ibid. w) *Cafiri* I. p 94 x) *Cafiri* I. p. 214. coll. II. p. 256. z) *Cafiri* I. p. 522. a) *Cafiri* II. p. 150. b) *Cafiri* II. p. 131.

Eg. 584. Chr. 1188. — *Mohamad Ben Ahmad Alracathi Abu Baker c)* philoſophus, medicus, mathematicus, muſicus inſignis. Chriſtiani cum 1242. Eg. 640. cepiſſent Murciam, eorum rex Gymnaſium condidit, vbi ille *Mohamad* Chriſtianos, Muhamedanos et Iudaeos varias diſciplinas et linguas edoceret. Chriſtianorum regi, cum aliquando eum alliceret ad religionem chriſtianam amplectendam, reſpondit: vix vni deo par ſum colendo, quid ſi colendi plures? —

§. 12. *De ſchola Almerienſi.*

Quamquam nullum auctorem afferendum habeo, tamen veriſimillimum eſt, ob vrbis Almeriae ſitum, iam initio inuaſionis Arabum in Hiſpaniam, hanc vrbem eorum imperio ſubiectam eſſe. Regum Granatenſium in poteſtatem mox redacta, eorumque imperio obnoxia fuit vsque ad Eg. 541. Chr. 1447, quo Chriſtiani vrbem capiebant *a)*, duce imperatore *Alphonſo*. Sed poſt aliquod tempus rurſus Mohammedani ciuitatem adepti et vt videtur ſeruarunt ad tempora *Ferdinandi*, qui a. 1490. Eg. 896. Arabes ex vrbe expulit *b)*. Natales ſcholae Almerienſis in ſaeculi Chriſtianorum aerae XII. medium cadere videntur.

Theologi Almerienſes.

Mohamad Abu Baker Ben Alarbi c) commentator Corani obiit Eg. 748. Chr. 1347. —

Iuriſconſulti Almerienſes.

Saeculo Eg. VI. *Abdalla Ben Mohamad Ben Abdelrahman Abu Khaled d)* natus Eg. 497. Chr. 1103. iuriſconſultus egregius, poſtea iurisprudentiam in patria docuit. Obiit praetor Granatae Eg. 544. Chr. 1149. —

Saeculo Eg. VIII. *Abdalla Mohammad Ben Leb e)* magna iuris ſcientia praeditus multisque honoribus decoratus, deceſſit Eg. 747. Chr. 1346. —

Medici Almerienſes.

Mohamad Ben Ahmad f) vulgo *Almarakſchi* peritiſſimus medicinae ſcientiae fuit. Obiit Eg. 737. Chr. 1336 — *Abu Giaphar Ahmad Ebn Ali Ebn Khatema g)* deſcripſit peſtem, quae in Hiſpania Eg. 748. Chr. 1347. Eg. 749. Chr. 1348. Eg. 750. Chr. 1349. graſſata eſt. —

Hiſtorici Almerienſes.

Saeculo Eg. V. *Ahmad Ben Omar Ben Ades Aladri Abulabbas h)* ſcripſit de antiquitatibus arabicis. Deceſſit Eg. 478. Chr. 1085. —

Saeculo

c) Caſiri II. p. 81. coll 74. *a)* Caſiri II. p. 152. *Ferreras* III. p. 491. *b)* *Ferreras* VIII. p. 126. *c)* Caſiri I p. 486. *d)* Caſiri II. p. 119. *e)* Caſiri II. p. 119. *f)* Caſiri II. p. 90. *g)* Caſiri II. p. 334. *h)* Caſiri II. p. 135.

Saeculo Eg. VI. *Mohamad Ben Malek Ben Abdelrahman Abu Abdalla i)* vulgo *Ben Alcazaz* ſcripſit hiſtoriam Almeriae. Obiit Eg. 559. Chr. 1163. — *Abdelrahman Ben Mohamad Abulcaſſem k)* vulgo *Ben Hobaiſch* natus Eg. 504. Chr. 1110. Almeriae, ſed Murciae vitam degebat, ibique deceſſit Eg. 584. Chr. 1188. ſcripſit de nominibus gentilitiis familiarum Hiſpanarum. —

Grammatici, Lexicographi, Rhetores Almerienſes.

Mohamad Ben Abraham Ben Salem Abu Abdalla l) vulgo *Albius* ſcripſit praecepta grammatica et fabulas. Deceſſit Eg. 749. Chr. 1348. — *Ben Caſſem Alcaſchairi m)* ex قشاير prope Almeriam, commentator grammaticus. —

Poetae Almerienſes.

Saeculo Eg. II. *Muſa Ben Ahmad Abu Amram n)* vulgo *Abulzazi* ex vrbe Balzuz (بلذوذ) in tractu Almerienſi, multa carmina ſcripſit, quae Cordubenſis *Abulkhatab Ben Hazam* publicauit. —

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Sandat Ben Abrahim Abu Abdalla o)* poetica facultate nobilis, multa edidit carmina et orationes academicas. Obiit Eg 637. Chr. 1239. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Levi Abi Abdalla p)* vulgo *Ebn Alrajegh* Granatae literis operam dabat, Almeriae quaeſtor electus, tum iterum ſtudiorum cauſa Cairum properauit. Condidit praeclara poemata. Deceſſit Eg. 705. Chr. 1305. —

Saeculo Eg. VIII. *Mohamad Ben Mohamad Abalvita Abu Baker q)* praeſes regiae Granatenſis Curiae et clarus poeta. Vitam expleuit Eg. 738. Chr. 1337. — *Mohamad Ben Mohamad Ben Ahmad Ben Saluator r)* vulgo *Abu Abdalla*, multa carmina edidit. Obiit Eg. 755. Chr. 1354. — *Mohamad Ben Ali Ben Khatemat Alanſar Abu Abdalla s)* poeta nobilis, qui Eg. 750. Chr. 1349. peſte exſtinctus eſt. —

Praeceptores Almerienſes.

Abdalla Ben Mohamad Ben Abdelrahman Abu Khaled de quo ſupra iam diximus, cum ſermo eſſet de iurisconſultis Almerienſibus Saeculi Eg. VI. — *Abdelrahman Ben Abdelcader Abulcaſſem t)* vtriusque iuris doctor, Almeriae Canones perlegit ibique et Orientale itinerarium ſuum publicauit. Obiit Eg. 545. Chr. 1150. — *Obaidalla Ben Omar Ben Heſcham Alhadhrami u)* Cordubenſis, orator et poeta clarus, Murciae, Almeriae et Marochi bonas artes tradidit. Obiit Eg. 550. Chr. 1155. — *Mohamad Ben Ali Ben Omar Algaſſanita v)* vulgo *Ebn Alarbi*

i) *Caſiri* II. p. 127. k) *Caſiri* II. p. 139. l) *Caſiri* II. p 74. m) *Caſiri* I. p. 81. n) *Caſiri* II. p. 139. o) *Caſiri* II. p. 89. p) *Caſiri* II. pag 75. q) *Caſiri* II. pag. 92. r) *Caſiri* II. p. 74. s) *Caſiri* II. p. 77. t) *Caſiri* II. pag. 120. u) *Caſiri* II. pag. 130. v) *Caſiri* II. p. 85.

Alarbi in regione Almeriae natus Eg. 682. Chr. 1283. ſtuduit literis Almeriae et Granatae. Septae rhetoricam docuit, denique in patria ſua iurisprudentiam, quam et libris ſcriptis tractauit. Obiit Eg. 748. Chr. 1347. —

§. 13. *De academia Malacitana.*

Vrbs Malacae iam anno Eg. 93. Chr. 711. in poteſtatem Arabum venit *a*). *Almotamed* ſiue *Aldaphar*, rex Hiſpalis inde ab anno Eg. 461. Chr. 1068. Malacam ſibi ſubiecit *b*). Poſtea regno Granatenſi adiungebatur, cuius rex *Mohamad Abcadilla Alhamar* Eg. 671. Chr. 1272. Malacam infeſtauit, ob crimen foederis, icti cum rege *Alphonſo c*). Eg. 677. Chr. 1278. ſub Mauritanorum ditionem venit vrbs, deuicta a *Jacobo Abu Joſepho Ben Abdelhac d*) ſed non diu Mauritanis ſubiecta fuit, nam iam Eg. 731. Chr. 1313. rex Granatae *Mohamad Ebn Nasri* Malacae propraetorem magna vi adiit, qui, *Osminum* Africanum in auxilium vocans, ſe ipſum Malacae regem conſtituit *e*). Denique Eg. 895. Chr. 1487. Malaca a *Ferdinando* expugnabatur. — Quod attinet ad academiae Malacitanae originem, haec ad initium Eg. VIII. ſaeculi referenda eſſe videtur, nam hoc tempore primos doctores publicos Malacitanos reperimus.

Theologi Malacitani.

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Haſſen Ben Mohamad Ben Abdalla Alanſar f*) vulgo *Ebn Alhiagi* magnus iuriſconſultus et theologus. Obiit Eg. 607. Chr. 1212. —

Saeculo Eg VIII. *Mohamad Ben Ahmad Ben Hoſſain Abu Thaher g*) vulgo *Ben Saphuan* monachus Suphita ſcripſit de inſtitutis ordinis ſui et conciones ad vulgi captum accommodatas edidit. Obiit Eg. 749. Chr. 1348. — *Mohamad Ben Ahmad Ben Abdelrahman h*) vulgo *Alhaſeli* monachus et concionator Granatenſis ſcripſit de regulis peregrinationis Meccanae. Obiit Eg. 735. Chr. 1334. — *Mohamad Ben Ahmad Abu Abdalla i*) vulgo *Alcathan* praepoſitus coenobii Suphitarum Granatenſium, cui Arabes poſt mortem ſacellum conſecrabant. Rigidiſſimus fuit diſciplina ſua. Obiit Eg. 750. Chr. 1349. —

Iurisconſulti Malacitani.

Saeculo Eg. V. *Abdalla Ben Ahmad Abu Abdalla Ben Abdelrahim Algaſſani k*) natus Eg. 456. obiit Eg. 543. Chr. 1148. —

Saeculo

a) *Caſiri* II. p. 105. 251. *b*) *Caſiri* II. p. 210. *c*) *Ferreras* IV. p. 522. *d*) *Caſiri* II. p. 270. *e*) *Ferreras* IV. p. 571. *f*) *Caſiri* II. p. 85. *g*) *Caſiri* II. p. 93. *h*) *Caſiri* II. p. 93. *i*) *Caſiri* II. p. 93. 94. *k*) *Caſiri* II. p. 137.

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Ali Algafani l)* vulgo *Ben Afaker* iurisconfultus et chronographus, fcripfit de vtriusque iuris inftitutionibus. Obiit Eg 636. Chr. 1238. — *Abulvalid Ben Abi Alfadad m)* vulgo *Albaheji* multa iuridica fcripfit. Obiit Eg. 705. Chr. 1305. — *Mohamad Ben Ahmad Ali Algaffani Aba Alcaffem n)* vulgo *Ebn Haphid Alamin* fcripfit de legibus religionis Mohamedanae et de iuris inftitutionibus. Obiit Eg. 732. Chr. 1331. — *Mohamad Ben Mohamad Ben Mohareb Alfarikhi Aba Abdalla o)* vulgo *Ebn Abilgeifchi* ius vtrumque doctis commentariis illuftrauit. Deceffit Eg. 707. Chr. 1307.

Medici, hiftoriae naturalis fcriptores, chemici Malacitani.

Saeculo Eg. VII. *Abdalla Ben Ahmad Dhiaeldin p)* cognomento *Ebn Albaithar* Malacitanus, magnus philofophus et medicus, fed omnibus praeftans in peritia rei herbariae. Opus egregium fuum de fimplicibus medicamentis, fiue de plantis, ordine alphabetico difpofitum eft. Liber ipfe infcriptus الجامع لادوية المفردة. Auctor in eo agit de omnibus herbis, lapidibus, metallis, animalibus, quorum vfum longa comprobauerat experientia et quafi lance perpenderat. Diligentiffime vfurpat *Diofcoridem*, *Galenum*, *Ariftotelem*, *Paullum Aeginetam* et alios his in difciplinis magnos viros, eos caftigat, amplificat, emendat. Saepiffime etiam ad fontes arabicos fe recipit. Non Africanus fuit, quod *Herbelotio q)* placuit, fed fecundum *Ioannem Leonem Africanum r)* in ciuitate Malacae in Baetica natus. Afiam et Africam ftudii fui caufa perluftrauit. Per tempus aliquod in feruitiis *Saladini* verfabatur Cairi, inde redux in patriam clariffimum opus fuum confcripfit. Idem *Leo Africanus* eum tandem Malacae Eg. 594. obiiffe tradit, contradicentibus omnibus fcriptoribus Arabum aliis, qui eum Damafci Eg. 646. Chr. 1248. e vita deceffiffe dicunt. — *Mohamad Ben Abdalla Ben Phathis Aba Abdalla s)* magnus medicus et politioribus literis clarus. Obiit Eg. 711. Chr. 1311.

Hiftorici Malacitani.

Saeculo Eg. VI. *Abdelrahman Ben Abdalla Abu Zaid t)* vulgo *Alfahili* natus Eg. 509. Chr. 1115. defcripfit vitas virorum illuftrium, e centum monumentis felectas. Obiit Eg. 581. Chr. 1185. Marochi, vbi ius per plures annos docuerat. — *Abdelvahab Ben Mohamad Ben Ali Alcaifi u)* etiam *Almonfcher* dictus, a loco منشر in Malacae territorio. Auctor

l) *Cafiri* II. p. 126. *m)* *Cafiri* II. p. 107. *n)* *Cafiri* II. p. 81. *o)* *Cafiri* II. p. 83. *p)* *Fabricii* bibl. graec. T. XIII. p. 281. *Cafiri* I. p 275. *Hottinger* bibliothecar. quadrip. p. 271 *eiusd.* biblioth. oriental. III. 2. 2. *Herbelot* p. 199. *Golii* praefat. lex. Arab. — *q)* l. l. *r)* *Cafiri* I. p. 277. *s)* *Cafiri* II. p. 75. *t)* *Cafiri* II. p. 131. *u)* *Cafiri* II. p. 133.

Auctor erat historiae Malacitanae. Obiit Eg. 598. Chr. 1201. — *Mohamad Ben Ali Ben Joseph Ben Mothreph Alamni* v) auctor annalium Malacae, natus Eg. 552. Chr. 1157. mortuus Eg. 636. Chr. 1238. —

Saeculo Eg. VIII. *Ali Ben Ahmad Ben Mohamad Alhasni* w) natus in vrbe بطرشيش in regno Malacitano, Granatae oratoriam et poesin professus est. Scripsit historiam Meccae et varia carmina. Obiit Eg. 750. Chr. 1349. — *Abulhassan Ali Abi Mohamad Abdalla Algiazam* x) edidit historiam regum Granatensium *Ben Nasser* nuncupatorum. Floruit Eg. 781. Chr. 1379. —

Grammatici, rhetores Malacitani.

Mohamad Ben Ahmad Ben Ali Alansar Aba Abdalla y) cognomento *Ebn Coral* Granatae literis incubuit, ibique grammaticam docuit, deinde in patria rhetoricam publice profitebatur. Decessit Eg. 750. Chr. 1349. —

Poetae Malacitani.

Saeculo Eg. V. *Abdalla Ben Mohamad Albulioni* z) scriptor clarissimus suae aetatis et regi Granatae *Badiso Ben Habusi* acceptissimus. Obiit Eg. 440. Chr. 1048. —

Saeculo Eg. VI. *Abdelrahman Ben Abdalla* a) vulgo *Alschaili* ortus Eg. 507. Chr. 1113. Granatam se contulit studiorum causa et praeter varia philosophica opera multa reliquit carmina. Defunctus Eg. 581. Chr. 1185. — *Abulhassain Mohamad Solaiman* b) obiit Eg. 528. Chr. 1133. — *Abu Ali Hassan Ben Mohamad Ben Ali Alansari* c) vulgo *Ebn Kosri* obiit Eg. 603. Chr. 1208. —

Saeculo Eg. VII. *Malek Ben Abdelrahman* d) vulgo *Ben Alpharagius*, *Ben Almorhal* natus Eg. 604. Chr. 1207. magnus rhetor et poeta. Granatae obiit Eg. 699. Chr. 1299. Scripsit de arte rhetorica, exercitationes rhetoricas et poeticas, poema de arte poetica et varia alia. — *Abdalla Ben Alhassan Alansar* e) magnus interpres Corani et poeta. Rhetoricam et poesin Granatae publice tradidit. Edidit opera de arte poetica et rhetoricas poeticasque exercitationes. Obiit Eg. 656. Chr. 1258. — *Abdalla Ben Mohamad Alscharrai* f) decessit Eg. 703. Chr. 1303. auctor praeclarorum carminum —

Saeculo Eg. VIII. *Ali Ben Ahmad Ben Mohamad Alhasni* vid. quae de eo inter historicos huius saeculi diximus. — *Abdalla Ben Joseph* g) vulgo *Ben Radhuan Alnahari* vir doctissimus quod attinet ad literas, sed etiam rerum ciuilium prudentia magnus. Egregius etiam poeta

v) *Casiri* II. p. 126. w) *Casiri* II. p. 111. x) *Casiri* II. p. 30. y) *Casiri* II. p. 83. z) *Casiri* II p. 102. a) *Casiri* II. p. 104. b) *Casiri* I. p. 95. c) *Casiri* I. p. 99. d) *Casiri* II. p. 95 96. e) *Casiri* II. p. 100. f) *Casiri* II. p. 102. g) *Casiri* ibid.

poeta et orator. Floruit Eg. 760. Chr. 1358. — *Mohamad Ben Caſſem Ben Ahmad Alanſar h)* natus Eg. 710. Chr. 1310. propenſior fuit ad muſicam et celeber poeta. — *Ali Ben Jahia Alphazari i)* plura compoſuit carmina. Obiit Eg 750. Chr 1349. — *Mohamad Ben Mohamad Ben Abrahim Ben Iſa Abu Abdalla k)* rhetor et poeta clariſſimus. Obiit Eg 716. Chr. 1316. —

Incertae aetatis: *Abilhokm Malek Ben Abi Zaid Abdelrahman Ben Almorgel l)* – *Abulabbas Ahmad Ben Haſſan Ben Sebd Algioradi m)*. – *Abu Amr Rada Ben Rada n)*. – *Abu Abdalla Mohamad Ben Thaleb o)*. —

Philoſophi Malacitani.

Mohamad Ben Mohamad Alanſari p) vulgo *Alſaheli* natus Eg. 678. Chr. 1279. iuuenis optimae ſpei, ſed prouectiore aetate luxuriei, ganeae et libidini totum ſe dedit. Multa tamen ſcripſit de traditionibus; de vita contemplatiua; de theologia myſtica; de poenitentia; de peregrinorum continentia et reliq. Obiit Eg. 745. Chr. 1353. —

Praeceptores Malacitani.

Mohamad Ben Ali Ben Alphakhak Aba Baker Alarcoſchi q) (اركشي) diſciplina Xerenſis, Malacam, Septam, Granatam incoluit, vbi grammaticam, iurisprudentiam et rhetoricam profitebatur. Obiit Eg. 723. Chr. 1323. Reliquit prolegomena in Coranum, ſyntagma de VII variantibus Alcorani lectionibus, collectionem XL traditionum et multa alia. — *Mohamad Ben Ahmad Ben Ali Algaſſani Aba Alcaſſem r)* vulgo *Ebn Haphid Alamin* in patria grammaticam et poſtea ius praelegit. Obiit Eg. 732. Chr. 1331. Tariphae in monaſterio Suphitarum الكائنة العظمي بطريف. — *Mohamad Ben Mohamad Abu Baker s)* vulgo *Alſangiali* theologiam docuit Granatae in regio collegio. Obiit Eg. 733. Chr. 1332. — *Othman Ben Jahia Alcaiſi t)* philoſophiam, medicinam et iurisprudentiam Malacae profitebatur. Obiit Eg 735. Chr. 1334. — *Mohamad Ben Ahmad Ben Ali Alonſar Abu Abdalla u)* cognomento *Ebn Coral* Granatae per plures annos grammaticam docuit, tum Malacam, in patriam, redux, ibi rhetoricam tradidit. Deceſſit Eg. 750. Chr. 1349 — *Abi Zaidun Alſchoili v)* profeſſor Grammaticae Malacitanus, medio Eg. Saeculi VII. — *Mohamad Ben Ali Abu Abdalla Alabderita w)* vulgo *Aliatin* Malacae natus, orator et poeta clarus, quarum artium et primum in patria ludum aperuit, deinde iurispru-

dentiam

h) *Caſiri* II. p. 91. *i)* *Caſiri* II. p. 111. *k)* *Caſiri* II. p. 75. *l)* *Caſiri* I. p. 108. *m)* *Caſiri* I. p. 96 *n)* *Caſiri* I. p. 98 *o)* *Caſiri* I. p. 99 *p)* *Caſiri* II. p. 90 *q)* *Caſiri* II. p. 84. *r)* *Caſiri* II. p 81. *s)* *Caſiri* II. p. 91. *t)* *Caſiri* II. p. 109. *u)* *Caſ.* II. p. 83. *v)* *Caſiri* II. p. 100. *w)* *Caſiri* II. p. 85.

dentiam tradidit. Multa condidit carmina. Obiit peſtilentia correptus Eg. 750. Chr. 1349. — *Mohamad Ben Abdelrahman Alkarſuthi x)*. Feſſae natus Eg. 690. Chr. 1291. inde ab anno Eg. 725. Chr. 1324. Malacae iurisprudentiam docuit. Granatam adiit vt academicos de rebus literariis conſuleret. A Chriſtianis in itinere captus magno pretio redimebatur et tandem obiit Granatae Eg. 767. Chr. 1365. —

§. 14. *De ſchola Veleſiana.*

Vrbs Velez in Lorcae ditiore ſita etiam Balaz ſ. Balſa dicebatur *a*). Origo Scholae Veleſianae fortaſſis Saeculo Eg. VII. adſcribenda.

Poetae Veleſiani.

Saeculo Eg. VII. *Mohamad Ben Ahmad Ben Dand Aba Abdalla b*) vulgo *Ebn Alkomad* natus Eg 638. Chr. 1240. poeta clarus, ſed etiam, vt videtur, auctor libri theologici et iuridici. — *Mohamad Ben Mohamad Ben Ali Almadhagi Aba Abdalla c*) natus Eg. 688. Chr. 1289. denatus Eg. 734. Chr. 1333. poeta clariſſimus. —

Saeculo Eg. VIII. *Mohamad Ben Mohamad Aba Abdalla d*) cognomento *Albadni* humanioribus literis et iurisprudentia excultus, docuit rhetoricam et ius in vrbe Velez et decedens Eg. 750. Chr. 1349. multa reliquit praeclara carmina. — *Abdalla Ben Abrahim Aba Mohamad e*) vulgo *Ebn Almarabe* poeta nobilis, deceſſit Eg. 750. Chr. 1349. —

Incertae aetatis: *Abu Baker Ben Hagiar f*). —

Praeceptores Veleſiani.

Mohamad Ben Mohamad Aba Abdalla cognomento *Albadni*. Vid. ſupra. — *Mohamad Ben Ahmad Ben Jarbu g*) docuit in vrbe Velez grammaticam et rhetoricam. Deceſſit Eg. 610. Chr. 1213.

§. 15. *De ſchola Belienenſi, Queſadana et Calioxena.*

Denique nomina certe quarundam ſcholarum, de quibus nil fere praeter haec comperi, proferam. Altera nempe in oppido Belienae, ad Murciam pertinente, conſtituta fuit. Apud *Caſiri a*) laudatur *Mohamad Ben Ahmad Ben Haſſan*, Iaenenſis, qui in illo oppido rhetoricam docuiſſe fertur. Sed ne tempus quidem quo vixit, compertum habemus.

Altera ſchola parum cognita, floruit in vrbe Queſadae. *Naſſer Ben Abdalla Ben Abdelaziz Abu Omar Algaphak b)* ibi ius tradidit circa Eg. ann. 621. Chr. 1224.

Deni-

x) *Caſiri* II. p. 85. 86. a) *Caſiri* II. p. 125. b) *Caſiri* II. p. 81. c) *Caſiri* II. p. 81. d) *Caſiri* II. p. 84 e) *Caſiri* II. p. 101. f) *Caſiri* I. p. 93. g) *Caſiri* II. p. 125. a) *Caſiri* II. p. 127. b) *Caſiri* II. p. 127.

Denique Saeculo Eg. IV. in oppido Caliofchae, fiue Calioxae (قليوشة) collegium viguit; nam hoc tempore *Jofeph Ben Abraham Alulhogiag c*) vulgo *Althogri* Murcianus ibi ius docuit.

§. 16. *De conftitutione, indole atque gubernatione academiarum et fcholarum Hifpano-Arabum.*

Recenfuimus quam fieri potuit diligentiffime varias academias et fcholas per Arabes in Hifpania inftitutas, quarum in parte meridionali quod maior pars a nobis fit reperta, non eft, quod miraberis, cum Arabes, ex Africa traiicientes, hic primas fedes fixerint, atque ibi per V faecula defederint.

De indole et conftitutione harum academiarum et fcholarum haec fere funt tenenda. Omnis inftitutio iuuentutis apud Arabes proprie ad religionem pertinebat. Publica inftituta ad eruditionem, quam ob rem, femper cum templis facris (مسجد) coniuncta reperiebantur. Duo eorum fuerunt genera. Alterum nempe fcholae inferiores (مكتب), ita comparatae fuerunt, vt pueri inferioris ordinis ibi elementa legendi, fcribendi et religionem edifcerent. Plurimi ftudioforum fimul victum publicis fumtibus accipere folebant. Quod attinet ad methodum docendi, primo pueri alphabetum arabicum edifcebant, f. literas; deinde differentiam fingularum literarum fecundum punctationem, tum compofitionem literarum, porro vocales et reliqua; tandem pronunciationem et denique Coranum, cui adiungebantur praefcriptae pronunciationis regulae *a*). Omnia enim Orientalium ftudia in grammatica et Corano tanquam in cardine vertebantur, vertunturque; quod ex fingulorum doctorum virorum ita et hiftoria eruditionis eorum apparet *b*). —

Alterum genus collegiorum, nomine مدرسة infignitorum, modo facris Saracenorum templis adnexum erat, interdum per fe conftabat. Grammaticam, fyntaxin, Coranum, iurisprudentiam et alias difciplinas ibi docebant, tum, مدرس, tum فقية, qui tamen faepius vicariis vti folebant. Eiusmodi academiae initio quidem ita erant inftitutae, vt folummodo ad promouenda ftudia iuris et theologiae facerent; quare etiam nifi, qui literis fe vitamque addixerant (h. e. علام) auditorum numero adfcribi non folebant. Eiusmodi ftudiofi ordini facerdotum adfcripti habebantur; ideoque moribundis teftamenta confcribebant, vt fcribae publici, auxilium ferebant, et priuilegio, puerilem aetatem

artibus

c) *Cafiri* II. p. 139. a) *Dombay* Gramm. p. 41. *Muradfcha d'Ohffon* T. I. p. 460. b) *Abdollatif* par Sylv. de Sac. p. 459.

artibus ad humanitatem informandi gaudebant *c*). Poſtea, literis magis excultis, inprimis priuatis ſtudiis, etiam his in academiis alia diſciplinarum genera ſibi tractanda ſumſere, ita vt inprimis *multa* magis, quam *multum* memoria comprehenderent *d*). Ceterum plurima مدارس ita erant exſtructa, vt ſingula ſaepius triginta conclauia continerent, in quibus tres vel quatuor ſtudioſi literis incumbebant.

Singulis academiis et ſcholis rectorem quondam fuiſſe additum, ex inſtitutorum ipſa natura apparet. Talem locum *Scherageddin Abu Giaphar Omar Alakhemita Alphakani e*) in collegio Granatenſi obtinuit. Qua in re admiramur merito, tanta Arabes erga diuerſae religionis cultores vſos eſſe indulgentia. Iudaeos enim academiae Cordubenſi praepoſitos inuenimus *f*). Itaque Arabes doctrinae magis et eruditionis, quam ſuperſtitionis praeiudicataeque opinionis rationem habebant.

De examinibus, quae ſtudioſis in academiis Hiſpanicis erant ſubeunda, dubitari non poteſt. De medicinae ſtudioſis ſaltem certo conſtat; qua in re exemplum ſcholarum Cairenſium eos eſſe ſecutos, veriſimillimum eſt, in quibus *g*) periclitatio eruditionis iuuenum artis medicae ſtudioſorum in more erat. *Achimbaſſi* i. e. medicorum principis, erat, illos, qui medicinam exercere volebant, de illius artis peritia ſedulo percunctari, et poſt probatam tali ſpecimine ſcientiam, publico teſtimonio iis veniam dare, vt per eam regionem libere morbis mederi poſſent *h*). Hoc examinis inſtitutum etiam in Hiſpania obtinuit. *Abu Giaphar Ahmad Ben Iſaac Alkoſaini i*) medicus Cordubenſis, ſcripſit مجالس الاطبا i. e. coetus, ſ. collegium medicorum, librum continentem 77 quaeſtiones, medicinae Candidatis proponendas *). *Jahia Ben Mahmed Ebn Edden k*) librum ſuum de re medica tradidit *Albuhacemo*, vt ex eo de doctrina medicorum imperii Granatenſis poſſet diiudicari. Opus ipſum confectum eſt Eg. 719. Chr. 1341.

Doctoribus academicis interdum praelectio et interpretatio ſinguli cuiusdam egregii libri mandabantur. Sic profeſſoribus Cordubenſibus, Murcianis, Valentinis et Granatenſibus libri X. de iure canonico, a *Mohamad Ben Ahmad Abu Baker Ben Ali Giamara l*) Murciano Eg. ſaecul. VI. compoſiti, quos interpretarentur, traditi ſunt.

Omnino

c) *Abdollatif* per Sylv. de Sac. p. 516. *d*) ibid. p. 462. *e*) *Caſiri* I. p. 230. *f*) *Rodrig. de Caſtro* T. I. prolog. p. 5. text. pag. 11. 12. *g*) *Proſp. Alpin.* l. 1. c. 2. *h*) *Conring* ſuppl. p. 265. *i*) *Caſiri* I. p. 299. *) Eiusmodi ſine dubio etiam eſt liber mſ. Arabicus inſcriptus ما لا يسع الطبيب جهله في مفردات الطب i. e. quid non licet medico ignorare circa ſimplicia medicinae. *Hinkelmannus* ad Coranum praef. p. 41., *Ravium* ſequens, ex hac libri inſcriptione, peruerſe intellecta, *Maſajeſſam* quendam auctorem ſibi finxit, qui nunquam in orbi terrarum extitit. *k*) *Hottinger* append. bibl. or. p. 14. *Antonii* bibl. T. 2. p. 407. *l*) *Caſiri* II. p. 124.

Omnino academiae Hifpano-Arabum refugium et praefidium omnium literarum fuerunt, quibus nempe mandata effent omnia ad rem literariam promouendam pertinentia. Sic opus dogmaticum de traditionibus, auctore *Abu Mohamad Alhaffan Ben Abdelrahman Khalad Alramhermez m*) approbatum fuit ab academiis Hifpanis, Syriacis et Aegyptiacis, annis Eg. 561. 611. 650. h. e. anno Chrifti 1165. 1214. 1254. *Abdelgani Ben Abdelvahed n*) Hierofolymitani opus dogmatico-canonicum Eg. 759. Chr. 1357. academia Granatenfis et Eg. 770. Chr. 1368. academia Malacitana magna laude extulit. Libros nonnullos etiam lectioni commendabant, cuius rei exemplum afferam *Abu Amru Othman Ben Abdelrahman Alfcharzuri o*) vulgo *Ebn Alfalah* opus de traditionum fcientia, quod tantam illi laudem comparauit, vt academia Perfica Eg. 722. Chr. 1321. et Arabica Eg. 730. publice praelegendum decernerent. Serioribus vero temporibus cenfura, certe librorum theologicorum, pontificibus Mohamedanae fectae mandata fuiffe videtur *p*). Propria etiam ftudia virorum doctorum certis finibus circumfcribere ftudebant academiae, cum et fingulis fingula, quae perficerent, opera mandarent. *Nafireddin Ebn Affad q*) Hifpalenfis, in gratiam et obfequium academiae Hifpalenfis, carmina difficiliora poetarum principum ordine alphabetico difpofuit, doctisque commentariis inftruxit. *Mohamad Ben Abdelhac Algafanita r*), Granatenfis, iubente academia Granatenfi, opus poeticum *Abulrabii Ben Abi Mohamad* Valentini, publici iuris fecit.

Ceterum academiae arabico-hifpanae, vt auctoritate amplificarentur, et populum feftis publice inftitutis allicere folebant, in quibus poetae et rhetores publicos fermones faepius habebant, qui mos laudabilis potius mihi, quam vituperandus videtur. Multa huius rei exempla apud *Cafirium* obuia. *Mohamad Ben Ifa Abu Baker s*) duas eiusmodi orationes reliquit, in academia Granatenfi habitas.

m) *Cafiri* I. pag. 539. n) *Cafiri* I. p. 517. o) *Cafiri* I. p. 526. p) *Cafiri* II. p. 336. q) *Cafiri* I. p. 114. r) *Cafiri* I. p. 135. s) *Cafiri* II. p. 77.

CAP. II.

DE BIBLIOTHECIS HISPANO-ARABIBVS.

§. 1. *De bibliothecis Hifpano-Arabum in vniuerfum.*

Arabes in Hifpania, literis apud eos magis magisque excultis, mox aegre bibliothecarum fupellectili carebant. Doctrinae plurimae non ex ipfo ingenio omnino poffunt hauriri, praefertim cum neceffe fit, vt cognofcantur placita virorum doctorum praeteriti temporis, maxime fi de rebus hiftoricis fermo fit. Quamquam vero Hifpania cum Oriente et Africa coniuncta fuerit, tamen exemplaria librorum magno tantum praetio parabantur partim ob fumtus traiectus, partim ob impenfas in materia fcriptionis comparanda, nempe membrana *a*), partim ob fumtus e defcriptionibus Codicum obortos. Artem typographicam enim infelix illa aetas non cognouit, et fi cognouiffet, tamen fine dubio faftidiuiffet, cum et noftris temporibus Orientales inuiti tantum libris typis exfcriptis vtantur.

Itaque primo loco de meritis Arabum in emendanda materie fcribendi praedicandum erit. *Montfaucon b*) prima veftigia noftrae chartae in Codice Parifienfi anni 1050 fe reperiffe teftatur. Alii vfum chartae Graecis faeculi IX et X. vindicare voluerunt *c*), alii anno 1470 primam chartam effe confectam contendunt. Sed fruftra, nam longe ante hoc tempus Arabes charta vfos effe conftat. Apud Sinas, Perfasque vfus illius antiquiffimus fuit, quod *Ali Ben Mohamad d*) Samarcandaeus docuit. Eg. 88. Chr. 706. *Jofephus Amru e*) Meccanus in patria chartae confectionem detexit, eiusque vfum Arabes docuit. Sic cum Arabibus vfus chartae fcriptoriae in Hifpaniam venit.

Ita defcriptiones Codicum manu fcriptorum facilius et minori praetio inftitui potuerunt. Quam diligentes autem Hifpano-Arabes in hac re fuerint, e *Cafirio* apparet, quem fi adeas, innumera inuenies exempla *f*). *Obaidalla Ben Ali Ben Galendo g*) Caefaraugustanus, Hifpalis incola, qui Marochi obiit Eg. 581. Chr. 1185. integram paene bibliothecam exfcripfit, omnesque fere Codices notis eruditis illuftrauit. *Jahia Ben Adi h*) tantae fuit in calligraphia folertiae, vt intra vnius diei et noctis fpatium centum circiter folia fcribendo impleret *i*). Vtiliffimum fane inftitutum, quamquam interdum in vanos

a) *Andres* l. l. I. p. 114. *b*) Hiftoire de l'académie des Infcriptions T. IX. *c*) *Andres* l. l. I. p. 200. *d*) *Cafiri* II p. 9. *e*) *Cafiri* ibid. *Andres* l. p. 200 *f*) cf. tantum II. p. 150. *g*) *Cafiri* I. p. 247. *h*) *Cafiri* I. p. 247. *i*) cf. *Abulfaragius* p. 317. Verf. lat. p. 209.

vanos lusus mutatum. Respice Hispalensem *Ahmad Ben Mohamad Ben Musa Ben Alariph k)* qui Cordubae decessit Eg. 536. Chr. 1141. ita calligraphiae peritum, vt singuli versus ab eo exarati alia prorsus manu descripti viderentur. Admiranda certe hac in re diligentia Arabum Hispanorum, si verum est, quod *Casiri l)* refert, plurimos libros literis Cuphicis exaratos in Hispania esse descriptos, siue compositos, hoc enim modo maxima eorum librorum pars exarata est, quos in catalogo *Casiri* laudatos reperimus. Longe certo maior eorum numerus esset, nisi voluminum ingens copia in bibliotheca Escurialensi flammis esset absumta die VII. Junii anni MDCLXXI *m)*. — Caeterum serioribus temporibus cum Arabes linguas occidentales didicerint, verisimile est statuere, eos in bellis cum Christianis gestis etiam e horum bibliothecis eos demisse libros, quorum argumentum ad literas a se excultas pertinebat, iisque bibliothecas ornasse *). Constat caeterum, Christianos tempore inuasionis Arabum bibliothecas in ecclesias transportasse. Sic Comes *Adalphus* bibliothecam in sancto Aciscli templo reposuit *n)*.

Haec hactenus. Iam de singulis bibliothecis Hispanis ab Arabibus constitutis videbimus. Erant vel publicae, vel priuatae. A priuatis publicae videntur originem duxisse, quod partim ex historia nonnullarum bibliothecarum publicarum Hispano-Arabum apparet, partim e rerum natura iam certum videtur. Publicae enim bibliothecae literarum studium magis commune et per omnes ciuium ordines propagatum arguunt. Singuli autem prius literis operam dare solent, quam vniuersae ciuitates.

Copiosius possemus hac de re differere, si liceret fontes Arabicos de bibliothecis Hispanis adire, cum plures hoc de argumento scripserint. *Ben Alkhathibi o)* in libro analectorum descripsit vrbes a se perlustratas, simulque recensionem addidit virorum doctissimorum ex iis ortorum et bibliothecarum ibi repertarum. *Abi Baker Mohamad Ben Khair Ben Khalipha p)* Hispanus descriptionem edidit septuaginta bibliothecarum, quae in variis Hispaniae vrbibus ad publicum vsum tunc tempo-

k) *Casiri* II. p. 135. *l)* *Casiri* I. p. 46. *m)* *Casiri* praefat. Vol. I. p. 5. *) Omnino vterque populus et Hispani et Arabes alter alterius linguae sedulo operam dedisse videtur. Quare etiam in Hispania libri sunt reperti sermone Hispano, sed literis Arabicis, et in Africa libri arabico idiomate, sed literis Hispanis exarati. Not. at extr. T. 4. p. 626. Multa etiam vocabula, e fonte arabico cadentia, ab Hispanis ciuitate donata reperiuntur. Qua de re omnino videantur opera haec: vocabios arabigos introducidos en la lengua Castellana, recopilados en Granada por el santo officio. *Petri de Alcala* vocabulista aravigo en letra castellana. Salam. 1505. 4. *Francisc. Lopez* syllabus corruptarum vocum arabicarum, quae in lingua hispanica vsurpantur. 1600. *n)* *Schott* Hispania illustrata T. IV. p. 221. *o)* *Casiri* II. p. 169. *p)* *Casiri* II. p. 71. et ex eo *Andres* T. I. p. 123.

temporis patebant. Idem omnes illas bibliothecas perluſtrauerat, lucubrationemque ſuam vsque ad annum Eg 520. Chr. 1126. perduxerat. Etiam *Abu Abdalla Mohamad Ben Giaber q*) anno Eg. 715. Chr. 1315. deſcripſit bibliothecas priuatas et publicas a ſe viſas. — Ceterum, ſi licet antiquos Orientalium mores cum recentioribus comparare, cuique bibliothecae publicae cuſtos erat additus, qui per omnes hebdomadis dies, excepto die ſacro, petentibus libris inſpiciendos et euoluendos tradidit, ita tamen, vt libris modo in bibliotheca ipſa, nunquam inter priuatos parietes vterentur. Etiam catalogos librorum conficere ſolent, qui autem non ſolum inſcriptionem libri cuiusque continent, ſed etiam de auctore et argumento, in libro tractato, agunt.

§. 2. *De bibliothecis priuatis.*

Mohamad Ben Raphat Alamuit Jazidita a) origine Illiberitanus, ortus in oppido Toros (طرش) Granatae et Cordubae literis vacans, inſignis tum iurisconſultus et philologus magnam voluminum copiam proprios ad vſus, accurata manu exſcripſerat, quam poſtea teſtamento Cordubenſi bibliothecae legauit. Obiit Eg. 303. Chr. 915.

Aiſcha Bent b) filia *Ahmedi* ducis, poetria Cordubenſis, cuius carmina magna tum laude in academia Cordubenſi legebantur, moriens Eg. 400. Chr. 1009, reliquit locupletiſſimam et lectiſſimam bibliothecam.

Abdelrahman Ben Othman Alſadphi Abulmethreph c) Toleti Eg. 327. Chr. 938. natus, ſtudiorum cauſa Orientem cum peragraſſet, praetioſiores Codices vbique magno pretio coemtos ſecum in Hiſpaniam aſportauit. Deceſſit Eg. 403. Chr. 1012.

Ahmad Ebn Mohamad Abu Giaphar d) vulgo *Ben Maimon* magnam ſupellectilem librorum conquiſiuerat, quam vero flammae, vrbem Toleti corripientes, abſumſerunt. E vita ceſſit *Ahmedus* Eg. 400. Chr. 1009. —

Abdalla Ben Hajan Alruſchi e) Valentinus, iurisconſultus, tam copioſam bibliothecam ſibi comparauerat, vt obeunte eo Eg. 484. Chr. 1091. haeredes eius voluminibus ſaccos centum et quadraginta implerent. —

Abdalla Ben Mohamad f) vulgo *Dilnun Abu Abdalla* e tractu Guadalaxarae natus Eg. 500. Chr. 1106. ad libros rariores colligendos Hiſpaniam, Syriam et Africam perluſtrauit. Eius bibliotheca triginta millibus aureorum aeſtimata fuit. Deceſſit Septae Eg. 591. Chr. 1194. —

Abi-

q) *Caſiri* II. p. 262. a) *Caſiri* II. p. 89. b) *Caſiri* II. p. 149. c) *Caſiri* II. p. 144. d) *Caſiri* II. p. 140. e) *Caſiri* II. p. 138. f) *Caſiri* II. p. 120.

Abilhagiag Joseph Ben Abi Isac Ben Nahmisch g), ni fallor Toletanus, etiam bibliothecam habuit clariorem. In eius vsum describebantur plures Codices Eg. 623. Chr. 1226. —

Abdelrahman Ben Joseph Ebn Rochia Alazharami h) Fessanus natu, Cordubam inhabitans, bibliothecam egregiam habuit, quae testamento filiae legata, quatuor aureorum millibus veniisse traditur. Decessit Eg. 605. Chr. 1208.

§. 3. *De bibliothecis publicis.*

Bibliotheca Cordubensis.

Primo instituta a nonnullis fertur ab *Hakemo* II, qui Eg. 350. Chr. 961. Cordubensis regni imperium acceperat. 600000 voluminibus constitisse dicitur *a*). Index librorum horum impleuit 44 volumina, nisi fortassis huius rei auctores falsa quaedam hic tradunt. Constat enim *b*) *Saladinum* Eg. 567. Chr. 1171. exstincto Fatimitarum in Aegypto chalifatu, cum potiretur bibliotheca regia 100000 volumina tantum reperisse, cum in Aegypto tamen longe diutius iam studia literarum floruerint. Hoc autem constat, quod hic nobis sufficiat, *Hakemum* II. bibliothecam Cordubensem emendo Codices, multosque exscribendos curando ditasse. Caeterum, quod vulgo dicunt, *Hakemum II.* fundatorem illius bibliothecae fuisse, quam falsum sit, quisque videt, cum iam antea a nobis narratum, *Mohammedem Ben Raphat Alomui Jaziditam* anno Eg. 303. Chr. 915. mortuum bibliothecam propriam regiae Cordubensi legasse, quam ergo iam ante hunc annum fundatam fuisse necesse est.

Bibliotheca Toletana.

Josephus Ben Abdelaziz Ben Odaisa c) vulgo *Abulhagiagaeus* ex oppido Schorion (شريون) natus, Toleti iurisprudentiam docuit, ibique ad publicum vsum bibliothecam congessit. Decessit Eg. 505. Chr. 1111. —

Bibliotheca Granatensis.

Saepissime vero Granatensem bibliothecam apud *Casirium* laudatam reperimus, ex qua postea multi Codices in bibliothecam Escurialensem sunt translati *d*). Ineunte saeculo Eg. VIII. *Mohamad Ben Ahmad Ben Pharag Ben Schocral Aba Abdalla e*) Tartensis praefectus bibliothecae fuit, quum antea bibliopolae artem in ipsa Granatae vrbe exercuisset. Ob diplomatis cuiusdam regii furtum in exsilium missus,

 mortuus

g) *Casiri* I. p. 258. *h*) *Casiri* II. p. 152. *a*) *Russel* l. l. Th. II. S. 48. *Casiri* II. p. 38. 201. 202. *b*) Quod iam in prolegomenis monuimus. *c*) *Casiri* II. p. 148. *d*) *Casiri* I, S. 87. et multis locis. *e*) *Casiri* II. p. 80.

mortuus eſt Eg. 732. Chr. 1331. Caeterum bibliotheca Granatenſis abundaſſe videtur libris rariſſimis, quorum catalogus ab anno Eg. 611. Chr. 1214. ad calcem Cod. Eſcurialenſis MCXXV apud *Caſirium f)* reperitur.

Bibliotheca Veleſiana.

Diu bibliotheca publica caruiſſe videtur Veleſiana ſchola. *Mohamad Ben Mohamad Ben Ali Almadhagi Aba Abdalla* g) Veleſianus, Eg. 688. Chr. 1289. natus, moriens bibliothecam reliquit locupletiſſimam vndique conquiſitam et comparatam, ex qua deinde publica bibliotheca conflata eſt. —

Bibliotheca Malacitana.

Etiam haec bibliotheca legatis donis conflata videtur. *Mohamad Ben Mohamad Ben Edris Ben Malek Alcodai Aba Baker h*) vulgo *Alkailuz* Oſyſſiponenſis, rhetor et poeta clarus, deceſſit peſte correptus Eg 750. Chr. 1349, collegio Malacitano haerede ex quadrante relicto, cuius pars ampliſſima erat bibliotheca. Simili modo *Mohamad Ben Mohamad Ben Lebi Alkanani Aba Abdalla i*) Malacitanus, vir immenſae doctrinae, qui quonam tempore floruerit, non liquet, bibliothecam ſuam collegio Malacitano legauit.

CAP. III.

DE ITINERIBVS LITERARVM CAVSA AB HISPANO-ARABIBVS SVSCEPTIS.

Quantum ad ingenium humanum melius excolendum cognitio aliarum regionum valeat, non eſt quod hoc loco fuſius exponamus, cum omnes omnium temporum clariſſimi viri in eo conſentierint *). Etiam inter Arabes Hiſpaniam incolentes plures videmus, literarum propagandarum atque excolendarum cauſa, itinera ſuſcepiſſe. Videtur per ea tempora ſolemnis fuiſſe virorum doctorum mos, in varias orbis plagas excurrere, partim, quod etiam noſtris temporibus fieri ſolet, viros literatos viſendi, conſulendique gratia, partim eorum ſcripta cum hiſpanis academiis communicandi cauſa. Alterum hoc quidem noſtra aetate ratione faciliori effici poteſt, florentibus artis typographicae et curſus publici vtiliſſimis inſtitutis. Hiſpano-Arabes pera-

f) I. p. 465. g) *Caſiri* II. p. 81. h) *Caſiri* II. p. 83. i) *Caſiri* II. p. 85. 84.
*) De duobus Mohammedanis ſaeculo nono Indiam et Sinam adeuntibus vid. Notices et extraits. V. I. p. 156.

peragrare folebant fingulas prouincias Afiae et Africae, adibant Meccam, Bagdadum, Balkum, Samarcandum et Nifaburem, quarum incolae, cum et ipfi in Hifpaniam migrare folerent, nobis documentum praebent, et Hifpaniae viros haud defuiffe clariffimos, tali admiratione atque honore minime indignos; praecipue autem Baforam fe contulerunt, ad ftudium linguae Arabicae, ibi florentiffimum, excolendum *). Caeterum ftudium exteras regiones vifendi etiam Iudaeos in Hifpania habitantes inuafit, quorum plures itinera excolendarum literarum caufa fufcepiffe e multis documentis comperimus, de quibus adeundus tantum *de Caftro a*). Talia itinera etiam non multis incommodis premebantur; vbique terrarum enim beneuole excipiebantur viri docti, aut ab iis, qui in ftudio literarum verfati erant, aut a doctoribus, qui fcholas, templis facris additas, gubernabant, aut a principibus ipfis, qui faepius hofpitia inftituebant in vfus virorum doctorum peregrinantium. Sed videamus fingula.

Muthreph Ben Ifa Algaffani Abu Abdelrahman b) Granatenfis, chronographus et geographus, Hifpaniam et Africam peragrauit, vt audiret viros propter literarum ftudium celeberrimos. Deceffit Eg. 377. Chr. 987.

Abdelrahman Ben Othman Alfadphi Abulmuthreph c) Toletanus, ftudiorum caufa Orientem perluftrauit, indeque multos Codices fecum in Hifpaniam exportauit. Deceffit Eg. 402. Chr. 1012. —

Ahmad Ben Omar Ben Anes Aladri Abulabbas d) Almerienfis in Afiam profectus eft, vt audiret viros huius temporis literarum ftudio claros. Obiit Eg. 478. Chr. 1085.

Mohamad Ben Khalaph Ben Saed Algafani e) vulgo *Alabli* Silvenfis Afiam et Africam ftudiorum caufa peragrauit. Deceffit Eg. 547. Chr. 1152. —

Abu Mohamad Abdelhac Ben Athia f) edidit Eg. 533. Chr. 1138. itinerarium Arabico-Hifpanum. —

Abdalla Ben Ifa Ben Abi Habib Abu Mohamad g) Siluenfis, vir immenfae doctrinae et ad praefecturae in patria honorem euectus. Sed ftudiorum amore permotus hoc munere fe abdicauit iterque per Africam et Afiam literarum et literatorum caufa fufcepit. Obiit apud Perfas Eg. 551. Chr. 1156. —

Abdalla Ben Mohamad h) vulgo *Dilnun Abu Abdalla* ex tractu Guadalaxara, de quo iam fupra diximus, Hifpaniam, Africam et

 Syriam

*) *Oelsner* S. 193. *a*) *de Caftro* I. p. 21. *b*) *Cafiri* II. p. 147. *c*) *Cafiri* II. p. 144. *d*) *Cafiri* II. p. 135. *e*) *Cafiri* II. p. 121. *f*) *Cafiri* II. p. 165. *g*) *Cafiri* II. p. 128. *h*) *Cafiri* II. p. 120.

Syriam librorum emendorum caufa peragrauit. Deceffit Eg. 591. Chr. 1194.

Abdalla Ben Soliman Abu Mohamad i) vulgo *Ebn Hanthallo* Granatenfis, ob munerum grauitatem, cum nempe praefectus plurium vrbium Hifpaniae effet, intra fines patriae fe continuit et ad audiendos viros doctos tantum Valentiam, Saetabin, Almeriam, Cordubam, Hifpalin et Malacam migrauit. Deceffit Granatae Eg. 612. Chr. 1215.

Abdelmalek Ben Ali Ben Said Ben Khalaph Algaffani k) alias *Abu Maruan* Almerienfis in Orientem profectus eft, vt virorum clarorum fcholis intereffe poffit. Magna librorum copia collecta, cum in patriam rediret, nauis fua, prope Malacam a Chriftianis capta. Deceffit Eg. 614. Chr. 1217.

Obaidalla Alcafem Ben Jofeph Ben Ali Altagibi l) Valentinus in lucem emifit Eg. 626. Chr. 1228. itineris Hifpano-Africani defcriptionem.

Mohamad Ben Jahia Ben Hefcham Alkhazragita m) vulgo *Ebn Albardhai* Afiam peragrauit viros in eloquendi arte verfatiffimos confulturus, vt linguam arabicam in Hifpania puriorem et cultiorem redderet. Deceffit Eg. 646. Chr. 1248.

Mohamad Ben Ahmad Abu Abdalla n) vulgo *Ebn Aliatim* Almerienfis Hifpaniam, Africam et Afiam literarum caufa perluftrauit. Poftea virorum doctorum, quos cognouerat, vitas et fcripta publicauit. Obiit Eg. 663. Chr. 1264.

Ali Ben Mufa Ben Said o) natus in Alcala la Real per Africam et Afiam profectus eft. Obiit Tuneti Eg. 685. Chr. 1286. —

Abu Mohamad Alabderita p) Valentinus auctor itinerarii Africani prodeuntis Eg. 688. Chr. 1289, quod de literatura et literatis Africae agit.

Abu Abdalla Mohamad Ben Giaber q) Accitanus, de quo iam fupra dictum eft. Hifpaniae, Africae et Syriae loca peragrauit Eg. 715. Chr. 1315. et de viris doctis eorum, opus compofuit.

Mohamad Alcaifi Aba Abdalla r) vulgo *Ebn Geber* Accitanus, vt cognofceret literatos Orientem et Occidentem perluftrauit, eorumque vitas defcripfit et opera. Denatus eft Eg. 746. Chr. 1345.

Obaidalla Ben Abdalla Aifchun Almapherita s) ftudiorum caufa varias regiones perluftrauit.

i) *Cafiri* II. p. 100. *Firaz von Dombay Gefchichte der mauritanifchen Könige.* Th. 2. S. 142. *k*) *Cafiri* II. p. 121. *l*) *Cafiri* II. p. 169. *m*) *Cafiri* II. p. 126. *n*) *Cafiri* II. p. 125. *o*) *Cafiri* II. p. 110. *p*) *Cafiri* II. p. 165. *q*) *Cafiri* II. p. 162. *r*) *Cafiri* II. p. 87. *s*) *Cafiri* II. p. 130.

CAP.

CAP. IV.

DE NONNVLLIS ARABVM IN HISPANIA MINORIS MOMENTI INSTITVTIS LITERARIIS.

Varia esse et praeter academias et bibliothecas instituta, quibus literae suffulciri et augeri possunt, quisque videt. Et in Hispania talia reperimus, quorum recensus hic est.

Primum nempe Cordubae accipimus academias linguae arabicae, rhetoricae et poeticae institutas esse a *Mohamad Ben Joseph Ben Abdalla Altamim Almozen* vulgo *Aba Althaher* dicto, qui Cordubae decessit Eg. 538. Chr. 1143. Vir ille Caesaraugustanus singularis fuit eloquentiae et plures euulganit sermones in illa academia habitos, quos ad modum consessuum Hariri denominauit consessus Cordubenses *a*).

Aliud eiusmodi institutum fuit Granatae, academia nempe Alcoranistica, quae in interpretando, recensendo et explicando Coranum versabatur. Auctor illius fuit *Abdalla Ben Jabia Ben Abd Soliman Abu Alcassem b*) vulgo *Ebn Alrabi*, Cordubensis, magnus sui temporis philologus et iurisconsultus, qui et praefuit Mundae, Rondae, Malacae et Granatae. Decessit Eg. 666. Chr. 1267.

Saetabi *Mohamad Ben Mohamad Abu Amer c*) vulgo *Almoncarrab* Saetabensis, historicus clarus, primam instituit academiam historicam, ante annum Eg. 541. Chr. 1146.

Denique vt hunc honoris causa nominem, *Mohamad Ben Ali Ben Pharah d*), medicus nobilis fuit ex vrbe Corella, excellens botanices scientia, *Nasseri*, Accitanae regis medicus electus, hortum herbarium in aedibus regiis instruendum curauit.

EPIMETRA.

I. *De literatura Hispano-Arabum per Europam dispersa.*

Omnes fere disciplinae ab Arabibus in Hispania esse tractatas vidimus; atque haec sine dubio e studiis eorum fructus ceperunt, quamquam nulla ad perfectionis gradum aliquem ab iis fuerit producta. Priuati enim commodi studium (viri docti enim a principibus maxi-

a) *Casiri* II. p. 78. *b*) *Casiri* II. p. 101. *Andres* I. p. 255. Hic quamuis e Casirio hauserit, male eius sensum capiens, Cordubae hanc alcoranisticam academiam floruisse contendit, errore, quem recte arguit auctor anonymus Hispanus in libro inscripto: Disertacion historica sobre las Sociedades, colegios y academias etc. Auctor caeterum singulare quid affirmare videtur, quippe qui nulla esse Saracenorum de literis merita contendit, Christianorum autem et illius temporis doctrinam omni laude superiorem existimat. Vides partium studium in religione, quam ineptas et absurdas opiniones semper pariat! *c*) *Casiri* II. p. 121. *Andres* I. p 254. *d*) *Casiri* II. p. 89.

maximis praemiis ornabantur) *a*), et ambitio deteſtanda multos ad literarum ſtudium incitauit. Deinde cum e graecis fontibus, ſaepiſſime deprauatis, haurirent, cùm imaginationi plus tribuerent, quam philoſophiae et naturae perſcrutationi (nempe ſuperſtitio eos retinebat), apparet multas fuiſſe cauſas, quare non plus commodi literis attulerint. In eo autem maxime Arabes literis vtiles fuiſſe videntur, quod colligerent et quaſi coaceruarent opes et theſauros literarios, illis temporibus, quibus tenebrae omni fere terrarum orbi incumbebant. Atque ita immortaliter de bonis literis meruerunt Arabes; ita vt, ſi ſermo eſt de reſtauratoribus literarum temporibus medii aeui Arabes potius quam paucos illos Graecos transfugas nominem, qui praeter linguae graecae cognitionem, omnium diſciplinarum expertes erant.

Quodſi quaerimus de propagatione literarum bonarum apud Arabes illis obſcuris temporibus ſeruatarum, facilis eſt reſponſio. Arabes enim Palaeſtinam, Syriam, Armeniam vtramque, Aſiam minorem, Perſiam, Indiae partem, Aegyptum, Numidiam, Barbariam vsque ad Nigri flumen, Luſitaniam, Hiſpaniam, partem Italiae, Siciliam, Cretam, Cyprum, et alias maris mediterranei inſulas ſibi ſubiecerant, ita vt omnis terrarum orbis, literarum lumine colluſtratus, vnum tantum agnoſceret dominum. Adſunt etiam aliae rationes. Primo enim illa aetate arctior conſociatio inter Orientem et Occidentem fuiſſe videtur, quae multa facere potuit ad literas orientales et occidentales promouendas; etiamſi Arabes tantum in Hiſpania familiaritatis vinculo cum Africanis coniunctos cogitemus; qui ipſi ſocietate cum Oriente et Occidente iuncti erant. Poſtquam enim Arabes inde a ſeptimo ſaeculo Syriam, Aegyptum et omnem Africam ſeptentrionalem ſibi ſubiecerant, Alexandria non amplius ſola mercaturam fecit cum iis, qui Europam incolebant. Reſpublica Veneta, vt hoc exemplo vtar, iis ſeruos, e regionibus Caucaſi petitos armaque vendidit, lucri cupidine ſuperante religionis praeconceptas opiniones. Interdicta enim pontificis maximi contemnebant *b*), neque opprobria imperatorum Byzantinorum curabant *c*). — Porro Iudaei, per maximam partem Europae diſſipati, maximeque in Hiſpania florentes (quam regionem, praecipue vrbem Cordubam, maximus eorum numerus petierat anno 1040, quo a chaliſis Babylonia expulſi erant *d*)) vsque ad annum 1492, quo a Chriſtianis in exſilium mittebantur, illam coniunctionem Occidentis cum Oriente alere et continere valebant. Satis enim inſtructi linguae arabicae ſcientia

a) *Caſiri* II. p. 28. 37. *Ol. Celſ.* p. 267. *b*) *Marin* ſtoria civile. T. I. p. 206. T. II. p. 55. *c*) *ibid.* II. p. 161. *d*) *Bartolocci* T. III. p. 668.

tia *e*) atque cum omnibus fere populis coniuncti, plurimum valebant ad literas propagandas *f*). Denique Occidentales ipſi, literarum ſtudio expergefacti quaſi e ſomno, fontes literarios ipſos in Hiſpania adibant. Paucos horum virorum, auctoritate magna pollentes, nominaſſe ſufficiat. *Gerbertus*, inde ab anno Chr. 999. pontifex maximus ſub nomine Sylveſtris II, Cordubae philoſophiae arabicae et mathematicis literis operam dederat *g*). Inprimis arithmeticam et geometriam excoluit, et fortaſſis primus zifras arabicas ex Hiſpania in reliquas Occidentis regiones transplantauit. *Adelardus* Anglus ſaeculo vndecimo redux ab itinere per partem ditionis Arabiae, latine reddidit Euclidis elementa *h*). Saeculo XII *Robertus* Retenenſis Anglus et *Hermannus*, Dalmata primi in Hiſpania ipſa Coranum latinum fecerunt *i*). *Danielus Morleyus*, Anglus, clariſſimus ſui temporis mathematicus circa annum 1190 Toletum adiit ſtudiorum cauſa *k*). Multum intereſſet exponere, de ſtudio linguae arabicae medio aeuo propagato; quam tamen quaeſtionem mihi, breuitatis ſtudioſo, praetereundam eſſe cenſui. Vnde enim hauſerunt ſcientiam linguae arabicae illi Iudaei, quibus ſaeculo decimo tertio *Alphonſus* vtebatur ad conficiendas claras illas tabulas aſtronomicas, quas maximis ſumtibus edi iuſſit, niſi ab Arabibus Hiſpanis? Chriſtiani ipſi orientalium linguarum ſtudia promouere ſtuduerunt. *Raymundus*, Penyaſurtenſis, ordinis Sancti Franciſci monachorum praeſes, literaturam arabicam et iudaicam propagare ſtuduit *l*). *Gerardus* Cremonenſis ſaeculo XII adiit Toletum, vt ediſceret linguam arabicam, quam edoctus deinde *Ptolemaei* Almageſtum et opera medica *Rhazis* et *Avicennae* latine interpretatus eſt.

Nullus erat finis, ſi ſingulas diſciplinas enumerare vellem, quarum in ſtudiis qui verſabantur, Arabes ſibi et praeceptores et moderatores eligebant. Cuius rei vnum exemplum attuliſſe ſufficiat. Qui nempe ſcholae medicae Salernitanae praeerant, compendium medicum conſcribi curarunt, ſecundum praecepta ſcholarum medicarum Feſſanae, Cordubenſis et Toletanae, in vſum ſtudioſae iuuentutis in hac Salernitana, tum temporis totius occidentis clariſſima Aeſculapii ſede *m*). Etiam hebraicae grammaticae ſtudium poſtea Iudaei ad normam grammaticorum Arabum, qui de ſua ſcripſerant lingua, inſtituerunt *n*).

Qualem

e) *de Caſtro* I. p. 5. cf. Indicem huius libri, in quo 52 Rabbini Hiſpani memorentur, qui arabice libros exarabant (rabinos eſpañoles, que eſcribieron en arabe). *f*) *Fabricius* XIII. p. 254. *g*) *Pezii* theſauro T. I. P. II. p. 147. ineſt opus mathematicum Gerberti. *h*) *Selden* ad Eutych. p. 156. *i*) *ibid.* p. 157. *k*) *Ol. Celſ.* p. 383. *l*) *Henke Kirchengeſchichte* Th. II. S. 329. *m*) *Ackermann* hiſtor. ſtud. medic. Salernitan. *n*) *Hottinger* ſmegma p. 119.

I

Qualem fructum ſingulae diſciplinae ex illis inſtitutis Arabum in Hiſpania ceperint, difficile dictu foret, cum deſint fontes; tamen haud parum quaedam certe profeciſſe videntur. Apparet hoc ex Hiſpano-Arabum in ſola poetica arte inuentis. Hiſpano Arabs fuit *Ali Ebn Taher Alhaiti* o), qui primus omnium Arabum de poetica licentia ſcriberet. Hiſpano-Arabs *Mehieldin Alarbi Alhatemi Althai*, Cordubenſis, excogitauit carmina ordine alphabetico diſpoſita, decem verſibus conſtantia. Obiit Eg 638. p). *Ahmad Ben Abdrabboh* Hiſpano-Arabs primas edidit odas, eiusque veſtigiis poſtea plures egregii poetae inſtiterunt, quorum catalogum vide apud Caſirium q). Neque tamen poeſis prae reliquis diſciplinis ab Hiſpano-Arabibus fuit exculta. Alia vero inuenta, quae a nonnullis Arabibus in Hiſpania tribuuntur, hoc loco praetermittenda cenſuimus, quippe quae longiori diſceptationi locum darent. Dico inventionem notarum numerorum r), vſum magnetis lapidis s), tormentorum bellicorum et pulueris nitrati t), croci u), vini aduſti, texturae filorum bombycis v) et rotarum cuiusdam generis, vaſibus ligneis inſtructarum, quibus vtebantur in hortis rigandis w).

II. *De verſionibus graecorum auctorum ab Arabibus confectis.*

Omnis fere literatura Arabum ex graecis fontibus deriuanda eſt. *Ariſtotelem, Hippocratem, Galenum, Ptolemaeum, Dioſcoridem, Apollonium* Laodicenſem et Pergaeum, *Archimedem, Theodoſium, Autolycum, Ariſtarchum, Hipparchum* et *Euclidem* maxime tractarunt. Talibus igitur tantum auctoribus ſtuduerunt Arabes et in vernaculam linguam converterunt, quibus mathematica, hiſtoria naturalis, phyſica, aſtronomia et medicina illuſtraretur. Poetas graecos tantum abeſt, vt ſtudio ſuo amplecterentur, vt potius ipſis tanquam monotheismi oſores inuiſi eſſent: praetereaque iis frigere videbantur. Ex omni orientali antiquitate ſolus *Theophilus* Edeſſenus, monachus Maronita, *Almodi* regnante, Homeri Iliadem ſyriace reddidit, circa annum Chr. 770. a). Hiſtoriam liberarum ciuitatum Graeciae Arabes non curabant, cum ipſi dominis, nullis legibus circumſcriptis, vterentur, apud quos maieſtas populi nulla erat. Eandem ob cauſam oratores graecos aſpernabantur, philoſophiam moralem Graecorum cum Corano non conſentientem abiiciebant. — Inter *Ariſtotelis* interpretes inclaruerunt *Abu Baſchar, Jahia Ben Aidi, Honain, Mata, Abu Jahia Al Meruzi, Eſcander Jahia Al Nahaovi, Alſarabi*.

o) *Caſiri* I. p. 123. p) *Caſiri* I. p. 122. q) I. p. 123. r) *Gatterer Weltgeſch.* S. 587. *Denina reponſe* p. 17. s) *Andres* I. p. 121. *Denina* p. 19. t) *Carter* S 86. *Plüer* S 502. *Caſiri* T. II. p 65. u) *Beckmann* Th 2. S 87. v) *Muratori* II. p 405. *Fiſcher* Th I. S. 399. w) *Gregoire eſſay* p. 15. cf. omnino *Randel neue Staatskunde* Th. II. S. 643. a) *Oelsner* S. 162. *Abulfarag. Pocock* p. 148.

Alfarabi et *Alkendi b*). Porro *Abraham Abdalla c*), *Abulvalid Mohamad Ben Ahmad Ebn Roschd* (Averroes), cuius interpretatione vtebatur *Thomas* Aquinas, et alii Scholaftici, antequam textum graecum accepiffent *d*). — Inter *Galeni* interpretes magnum fibi fecere nomen *Abu Amram Mofes Ben Abeidalla Ben Maimon e*), *Ali Ben Redhuani f*), *Honain Ben Ifaac g*), *Albategni*, *Abu Giaphar Mohamad Ben Mufa h*). — Plurium operum *Hippocratis* interpretes Arabes laudat *Herbelottus i*). Celeberrimi eorum fuerunt *Honain Ben Ifaac*, *Coftha Ben Luca*, *Ifaac Ben Jahia*, quorum prior in conficienda fua verfione vfus eft pluribus graeci textus exemplaribus; multos praeterea viros doctos in confilio adhibuit *k*).

Inter harum verfionum Arabicarum calumniatores elucet *Renandotus l*), qui eiusmodi verfiones, inprimis illam *Hippocratis*, parum accuratas et male fidas exiftimat. Cuinam igitur plus tribuemus, eine an *Salmafio*, qui *Diofcoridem* ex arabica verfione fe effe emendaturum promifit *m*); quamuis etiam hic, alio loco *n*), fic habet: "*Arabs ifte* (de Cebetis interprete fermo eft) *multa adtexuit, alia vero detraxit, plura interpolauit, inuertit, nec pauciora, non ipfi intellecta, perperam et contra mentem graeci auctoris expreffit. Quod non huic tantum verfioni, vel paraphrafi peculiare eft, fed fere omnibus commune quaecunque hodie ab Arabibus e graeco expreffae vifuntur.*"

Sunt, qui contendant, illas verfiones Arabum omnino non e textu graeco, fed e verfionibus factas effe. Contrarium iam vidimus de *Honaino*. Attamen certa exftant exempla verfionum graecorum auctorum e verfionibus fyriacis arabice factorum, vt *Theophrafti* a *Jahia Ebn Adda* et *Ibrahim Ebn Tarwin* translati *o*). Etiam vetus reperta eft arabica *Diofcoriais* translatio, in qua fyriacae multae voces ad marginem adiunctae reperiuntur, tanquam primaeui, quod illa verfio repraefentabat, exemplaris *p*). Neque hiftoria contradicit. Graecos enim, ob perturbationes faeculi V et VI, in Syriam fugientes, linguae fyriacae ibi operam dediffe, haud abfonum eft ftatuere. Syri iterum linguae graecae ftuduerunt, ob res religionem illiusque fontem, Nouum nempe teftamentum, fpectantes *q*). Itaque ftatuimus, initio quidem verfiones quasdam graecorum auctorum a Chriftianis fuiffe factas, eosque hac in re vernacula, h. e. fyriaca, vfos fuiffe lingua, deinde vero etiam Arabes ipfos, graecis literis excultos, ad verfiones fuas ipfos graecos adhibuiffe

b) *Herbelot* p. 128. *c*) *Cafiri* I. p 305. *d*) *Cafiri* I. p. 185. *e*) *Cafiri* I. p 249. *f*) *Cafiri* I. p. 249. *g*) *Cafiri* I. p. 240–249 251. *h*) *Cafiri* I. p 252. *i*) f. v. Ketab. el. *Cafiri* I. p. 304. *k*) *Cafiri* I. p. 240. coll 250. *l*) apud *Fabricium* I. II. c. 24. p 861. *m*) *Cafiri* I. p. 238. *n*) praefat. ad tabul. Cebetis. *o*) Alia affert *Ebed Jefu* in catalogo libr. fyriac. edit. ab *Abrah. Echellenfi*, iterum expreffo in *Affemani* bibl. oriental. T III. P. I. *p*) *Fabricius* T. XIII. p. 252. *q*) *Brucker* hift. phil. T. III. p. 150. *Buhle* ad Ariftotel. T. I. p. 317.

buiſſe fontes. Caeterum eiusmodi verſiones non omni modo abſolutas et perfectas fuiſſe, non eſt quod miremur. Quid enim? Nonne graeca lingua illius temporis longe a puritate antiqui attici ſermonis abhorrebat? Ipſa Graecia fere Platonem et Ariſtotelem ſuum ignorabat, graecaque dictio quam longiſſime ab orientali diſtabat. Inde apparet ſimul, non omnibus verſionibus arabibus vnum idemque praetium ſtatui poſſe. Si vero ſaltem vnus et alter interpretum Arabum diligenter et accurate verba graeci auctoris ſecutus eſt, non video, quare critici graeci, linguarum orientalium ſtudio aſſumto, nullum ex iis fructum capere poſſint. — Illas vero Arabum verſiones ex translationibus latinis eſſe confectas *r*), ineptum eſt dicere. Quid enim? Nonne Latini *Ariſtotelem* et alios graecos ſcriptores ab Arabibus accepere? *s*) Prima latina *Ariſtotelis* verſio, ex Arabico confecta, ſaeculo XIII in Occidentem venit *t*); et maxime Arabes ſtudiis Latinorum profuerunt *u*), quippe qui tum temporis in altiſſima barbarie demerſi iacebant. *Friderico* II. regnante, principe optime de bonis literis merito, magni praetii aeſtimabantur auctorum graecorum, e fontibus arabibus deriuatae verſiones. Ille nempe imperator ſcholae Bononienſi in Italia latinam *Ariſtotelis* verſionem dono dedit, partim ex arabico, partim e graeco textu confectam *v*). Idem princeps auctores ex arabico verti curauit, inprimis *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Ptolemaeum* et alios. Auctores graeci ipſi demum poſt Hieroſolyma expugnata a. 1453 in Italiam et Germaniam venerunt *w*). Ante hoc tempus, et noſtris in regionibus, arabicis, quantum fieri potuit, vtebantur verſionibus. *Albertus* Magnus *Ariſtotelem* arabicum in academia Pariſienſi explicari inſtituit *x*).

Caeterum Iudaei iterum has Arabum verſiones graecorum hebraicas fecere *y*). Arabes praeterea auctores etiam latinos transtuliſſe, quod iam *Erpenius z*) affirmauit, probari poſſe videtur ex *Banquieri* ſupra laudato opere, in quo p. 6. haec ſunt verba: *De los autores, cuyas maximas ſe citan in eſta obra, vnos ſon latinos, como Varron, Columella y Palladio, otros* etc Secundum *Herbelottum a*) ſaepiſſime apud Arabes ſcriptores etiam *Plinius* laudatur, quod tamen pro certo equidem non affirmauerim, illum enim Codicem bibliothecae Pariſienſis, inſcriptum: كتاب ، سر الخليقة auctore بلينوس, cognomento الحكيم, nullo modo, quod *Herbelottus* ſuſpicatus erat, verſionem *Plinii* continere, docte expoſuit Cel. *Sylveſtre de Sacy b*). De Liuio autem arabice verſo nil certi conſtat *c*). Codicem Iuſtinianeum arabice verſum, merum eſſe figmentum, ſatis ſtabilibus argumentis demonſtrauit *Conring d*). De *Oroſio* autem arabice verſo diſerte loquitur *Makrizi e*).

Hactenus de verſionibus graecorum auctorum ab Arabibus inſtitutis. Quodſi verum eſt, quod *Leo Africanus f*) ex hiſtoriographo Bagdadenſi *Genzi* affert, apud Arabes Codd. graecorum ſcriptorum, poſtquam arabice verſi eſſent, combuſtos plerumque fuiſſe, magnum inde detrimentum literaturae claſſicae obortum ſit, neceſſe eſt.

r) quod *Ioan. Ludov. Vives* opp. T. I. p. 412. placuit *s*) *Ol. Celſ.* p. 226. *t*) *Conring* ſuppl. p. 337. *u*) *Scaliger* epiſt. IV. 562. p. 640. Not. et extr. T. VI p. 587. *v*) *Conring* p. 95. Omnino de meritis huius principis in re literaria doctiſſime diſputauit Cel. *Schneider* ad Friderici II. reliqua Vol. I. praefat. p. XI. Vol. II. p. 81. *w*) *Selden* ad Eutych. p. 156. *x*) *Antonius* T. II. p. 432. *y*) *Bartolocci* T. I. p. 452. *z*) Oratt. p. 53 54 *a*) l. v. Belinas. *b*) Not. et extr T. IV. p. 107. *c*) *Heeren* T. I. p. 129. *d*) Suppl. p. 248. 249. *e*) *de Sacy* ad Abdollat. p. 496. 510. *f*) ap. *Hottinger* bibliothecar. quadripart. p. 248.






BIBLIOTECA